SACRORUM EVANGELIORUM

VERSIO SYRIACA PHILOXENIANA

EX CODD. MSS. RIDLEIANIS

IN BIBL. COLL. NOV. OXON. REPOSITIS

NUNC PRIMUM EDITA:

CUM INTERPRETATIONE ET ANNOTATIONIBUS

JOSEPHI WHITE A.M.

COLL. WADH. SOCII

ET LING. ARAB. PROFESSORIS LAUDIANI.

TOMUS PRIMUS.

OXONII.

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.
MDCCLXXVIII.

HONORATISSIMO ET SPECTATISSIMO DOMINO,

FREDERICO DOMINO NORTH,

UNIVERSITATIS OXONIENSIS CANCELLARIO, &c. &c. &c.

LITERARUM OPTIMARUM

CULTORI, PATRONO, VINDICI,

HANCCE SACRORUM EVANGELIORUM

VERSIONEM SYRIACAM,

NUNC PRIMUM SUB AUSPICIIS ACADEMIÆ SUÆ

EDITAM,

SUMMA CUM OBSERVANTIA DICAT CONSECRATQUE

JOSEPHUS WHITE.

PRÆFATIO.

VIRI eruditi per plurimos anteactos annos ſtrenuam navarunt operam in Codicibus MS^{tis} Novi Teſtamenti, quotquot reperiri poterant, conferendis; etiam minima quæque fragmenta perſcrutari, et ad examen revocare non gravati ſunt, eo ſcilicet conſilio, ut genuina Sacrorum Scriptorum verba, quantum fieri potuit, in integrum reſtituerent: quod et innumeris fere in locis præſtiterunt. Videmur itaque et nos etiam bonis omnibus et eruditis viris rem gratiſſimam facturi, quod verſionem maximæ antiquitatis jam demum Typis evulgatam damus; verſionem, inquam, quæ vel initium ſexti ſeculi vetuſtate attingit, et quæ textum Græcum tam preſſe ubique ſequitur, ut fere ſingula quæque particula conſervata ſit, et tam accurate expreſſa, ut nullus errori locus relinquatur. In illa igitur verſione Græcæ lectiones locum habeant neceſſe eſt, quas ſeculum quartum vel ſaltem quintum agnovit. Primo quidem, cum in verſione Syriaca Simplici ubique liberior interpretatio, et fere paraphraſtica, obtineret, aliam Græci Textus verſionem ad literam inſtituit Polycarpus, anno Chriſti 506, auſpiciis Philoxeni Epiſcopi Mabugenſis. Poſthinc uno circiter ſeculo elapſo, nempe anno æræ Chriſtianæ 616, Verſionem iſtam Thomas Epiſcopus Heracleenſis cum duobus accuratiſſimis exemplaribus, in Alexandria aſſervatis, conferendam curavit. Has Collationes in Textu et Margine Verſionis Philoxenianæ ſatis cum judicio exhibuit. Quam auro contra non carus hicce theſaurus? Quam pretioſa Lectionum antiquarum monumenta hic deprehenduntur? Eſt autem quod hujuſce operis pretium in majus amplificat; nimirum quod probatiſſima illa Exemplaria, cum quibus Thomas collationem inſtituit, poſtea periere, cum Saraceni malo omine Bibliothecas Alexandrinas incendio conſumerent. Horum itaque codicum Lectiones nobis profecto ex hoc Opere unice petendæ ſunt.

Quoad ætatem et indolem Archetypi Græci quo Polycarpus uſus eſt, credibile eſt eum accuratiſſimum quod adipiſci potuit, ſelegiſſe Exemplar. Et ſi ſtatuamus Exemplar hocce duo ſecula aut tria habuiſſe, hoc eſt, ſeculo tertio aut quarto exaratum fuiſſe, eam præ ſe feret antiquitatis laudem, quam in Codicibus hodie aſſervatis fruſtra requiras. Ad Collationes quod attinet in textu et margine Verſionis Philoxenianæ a Thoma Epiſcopo Heracleenſi annotatas, ipſum auctorem habemus eas ex optimis Codicibus petitas eſſe, ex iis ſcilicet qui in Alexandria præcipuæ auctoritatis erant; Alexandriam vero iis temporibus ſumma eruditionis laude floruiſſe ſatis omnibus notum eſt. Denique, ut verbo dicam, Polycarpianæ interpretationis ratio, ætas item et ſelectio Græcorum, quibus ipſe et Thomas Heracleenſis uſi ſunt, exemplarium, erudito cuipiam verſionem hanc penitus commendant. Supereſt ut hoc loco Editionis noſtræ hiſtoriam breviter tradam; quod et idcirco etiam faciendum eſt, ne mihimet ipſi vitio vertatur ingrata illa plurium annorum mora.

Poſtquam Codex Heracleenſis ex Amida Meſopotamiæ urbe in Angliam tranſmiſſus, et celeberrimo Ridleyo dono datus eſſet, Viri eruditi mire flagitaverunt ut totum, vel ſaltem aliquam ejus partem, publici juris faceret. Et ille vir optimus, non aliter ſeſe Religioni et bonis Literis ſatisfacere poſſe agnovit, quam ſi hunc variarum Lectionum theſaurum, quem ut divinitus oblatum ſibique concreditum habebat, cum iis communicaret. Capto igitur Codicis excudendi conſilio, cum ætas ejus jam ad ſenium deflexiſſet, ad linguam Syriacam diſcendam ſe convertit incredibili fere labore, cum et præceptore, et etiam libris idoneis prorſus careret: ſed pervicit tamen; et jam continuo quatuor Evangelia Syriace ex Codice Heracleenſi deſcripſit, adjecitque ad imas paginas Collationem alterius libri manuſcripti, quem Barſalibæi nomine inſignivit. Latinam Interpretationem non adjecit: quippe quod ipſum Græcum fontem Syriacorum optimum interpretem eſſe arbitrabatur. Huc uſque pervenerat vir ſummus, cum ad opus edendum vires ei ob provectam ætatem deficerent. Itaque Apographum ſuum Academiæ Oxonienſi lubenter donavit. Statuerunt enim viri optimi, quibus res Typographica commiſſa eſt, tam præclaro operi ſumptus ſufficere. Quærebatur igitur qui illud ad umbilicum perduceret. Et optandum foret, ut duobus eruditiſſimis viris quibus ea primum opera demandata eſt, ſatis otii fuiſſet, quo ſe ad hanc Spartam exornandam accingerent. Quod ubi aliter evenerat, mihi tandem hoc munus attributum eſt ob humaniſſimam Commendationem ROBERTI LOWTH nuper Oxonienſis Epiſcopi, nunc Londinenſis. Erat itaque apud eruditos ſumma expectatio Verſionem Philoxenianam brevi in lucem emiſſam fore. Hoc quidem ſi ita eveniſſet, non minus mihi commodi quam omnibus voluptatis attuliſſet: ſed prorſus aliter contigit. Si cauſas igitur ob quas tamdiu opus productum fuit, obiter attingam, non abs re facere videbor. Viſum eſt itaque Rei Typographicæ curatoribus Textui Syriaco interpretationem latinam ſubjiciendam eſſe. Quod arduum fuiſſe et difficile experiundo didici: multo ſane operoſius quam Textus Syriaci exſcriptionem, in qua tamen una celeberrimus Ridleyus plures annos conſumpſerat. Præterea textum ipſum Syriacum, quia exſcriptum Ridleyanum, ob literarum nexus fere ſemper omiſſos, Typographi uſui non ſatis commodum erat, multo cum labore totum ipſe iterum exſcripſi. Neque hoc de viro qui mihi amiciſſimus fuit, inique intelligi velim: quod ideo tantum a me dictum eſt, ut ignaviæ crimen a me ipſo amoveam.

Sed et illud difficillimum erat, quod tamen apprime neceſſarium arbitratus ſum, de lectionibus Aſteriſcis et Obelis notatis regulam quandam, et veluti Canonem Criticum ſtatuere, unde de Lectionum iſtarum auctoritate accuratius decerneretur. Neminem in hac re adjutorem habui, ne anteceſſorem quidem, ſi Wetſtenium excipiam, cujus tamen ſententia a noſtra longe diverſa eſt. De ea infra agetur.

Quod ad Notulas attinet, quas ad calcem Evangeliorum adjeci, quamvis paucæ ſint, et præcipue ad Grammaticam ſpectent, multum omnino in iis temporis conſumpſi; quod æqui rerum æſtimatores, ſpero, facile agnoſcent. Accedit, quod poſterioribus duobus annis adeo infirma uſus fuerim valetudine, ut ſæpe typographicis erroribus corrigendis moroſam operam impendere vix potuerim. Hæc fere ſunt quæ de nimia Editionis hujuſce mora breviter notanda arbitratus ſum. Jam vero, priuſquam de ſingulis quæ ad Verſionem Philoxenianam ſpectant diſſerere aggrediar, pauca de Verſione Syriaca priori, vulgo Simplici, dicenda ſunt; ut pateat quam ab ea diverſa ſit Verſio Philoxeniana, quam etiam eo ipſo nomine utilis futura ſit: ſimul et illud agam, ut qui Verſionem priorem parum ſatis cognitam habeant, uno tamen intuitu de utriusque uſu et indole rectius judicare poſſint.

SECTIO I.

De Simplicis Verſionis Antiquitate.[†]

QUO anno æræ Chriſtianæ, aut a quo prodibat authore Verſio hæc Syriaca, quæ [‡] Simplex appellatur, non facile eſt dictu. Referunt eam Syri nonnulli, ut a Poſtello traditur [*], ad ipſum Marcum Evangeliſtam, qui, ſecundum hos, poſteaquam Evangelium ſuum Latine ſcripſiſſet, non id ſolum, ſed et cæteros Novi T. libros Syriace tranſtulit: at cum Marcus ſupremum diem obiit octavo Neronis anno, et æræ Chriſtianæ ſexageſimo tertio, nondum ſuum Evangelium ſcripſerat Joannes.

At inter omnes fere Orientales magis increbuit, Thaddæum, vel Apoſtolum, vel e Diſcipulis LXX unum, a Divo Thoma ad Abgarum, Edeſſæ Regem, ſtatim a Chriſti in cœlum aſcenſu, miſſum, ibi Evangelium prædicaſſe, et ſacros codices in Syriacum Sermonem tranſtuliſſe. Et quidem Evangelium quoddam memoratur Edeſſenum pervetuſtum, ad cujus calcem hæc adnotatio ſubnectitur Syriace, quæ Latine ſonat, " abſolutus eſt ſanctus iſte Liber Feria 5^{a} " die 18vo Canun prioris (hoc eſt Decemb.) anno Græcorum " CCCLXXXIX° (æræ Chriſtianæ LXXVIII°) propria manu Achæi

---

[†] Hanc, et quatuor quæ proxime ſequuntur Sectiones, excerpſi ex Cl. Ridleii Diſſertatione *de Syriacis Novi Fœderis Verſionibus:* neque opus erat ut ipſe de proprio multa adjicerem, ubi ille vir Clariſſimus omnia tam penitus excuſſerat. WH.

[‡] Verſionem Simplicem primum edidit Viennæ Widmanſtadius, A. D. 1555. ex qua Editione natæ ſunt plures aliæ. Ultimam et decimam tertiam in lucem emiſit Carolus Schaaf Lugd. Bat. A. 1708: quæ quanquam prioribus longe præſtet, multa tamen adhuc habet quæ ulteriorem emendationem requirunt. WH.

[*] Syri conſtanter aſſerunt S. Marcum, S. Petri Apoſtolorum Coriphæi diſcipulum, et in cujus domo initio coaluiſſe Eccleſiam credunt plurimi, Latine primum ſcripſiſſe Evangelium ſuum, quod etiamnum aſſervari dicunt in inclyta Venetorum urbe. Deinde eundem ipſum Marcum lingua patria, hoc eſt, Galilæa Syra, non modo Evangelium ſuum tranſtuliſſe, ſed etiam cæteros omnes N. T. Libros. Id mihi literis ſignificavit Gulielmus Poſtellus, affirmavitque ſe ita a Syris ipſis accepiſſe. Boderiani Præfat. ad N. T. Syriac.

“ Apoſtoli, ſocii Mar-Maris, Diſcipuli Mar-Adæi Apoſtoli, cujus “ oratio nobiſcum ſit †.”

Si hic Achæus idem ſit, ut videtur, ac Aghæus ille Thaddæi Edeſſæ Succeſſor, et Mar-Maris Præceſſor, non ſcripſit ille Evangelium Edeſſenum anno æræ Chriſtianæ LXXVIII°, mortuus quippe eſt anno XLVIII°. Et quale quale ſit hoc teſtimonium, dicitur de Evangelio quodam, neſcio quo, Edeſſeno, non de omnium Novi Fœderis Tabularum verſione. Nondum tempore Thaddæi vel Achæi, utroque anno XLVIII° defuncto, ſcripta ſunt vel Evangelia vel Epiſtolæ.

Verſio ſacrorum Codicum in Syriacum ſub Abgaro, (ſi ulla) fuit veteris Fœderis librorum ex Hebræo. Si eſſet ab Apoſtolo vel a viro Hieroſolymitano Novi Fœderis Traductio veriſimile eſt eam fuiſſe in Dialecto Chaldaica, quam Galilæam Syram Poſtellus appellat, non in Antiochena, ut eſt hodierna Simplex.

Si hanc Verſionem ad originem nimis altam referant Syri ipſi, inter Europæos reperiuntur qui ab iis multum diſcedentes eam nimium velint dejicere, ad ſextum nimirum vel ſeptimum ſeculum.

Fullerus, et poſt hunc Grotius et Voſſius hoc colligunt ex voce *Quæſtionarius* Matth. xxvii. 65, 66. xxviii. 11. infimæ Latinitatis vocabulo. At Error eſt plane graphicus, litera ܪ (r) pro ܕ (d) mutata, punctulo impoſito pro ſubjecto, et ܝ (i) paulo evectiori in ܢ (n) grandeſcente. In plurimis quidem legitur ܩܣܛܘܢܪܐ duplici errore, quaſi eſſet *Quæſtionarius:* at in Polyglottis Anglicanis unica tantum mutata litera ܩܣܛܘܢܕܐ; in codice Gabrielis Sionitæ literis tranſpoſitis ܩܣܛܘܝܕܐ; et in noſtrorum utroque ܩܘܣܛܘܕܝܐ, [illegible]

Pergit Grotius, et ex Doxologia Matth. vi. 13. colligit hanc Verſionem non prius fuiſſe factam, quam Eccleſiarum Liturgia formam certam accepiſſet; ex qua Liturgia hoc additamentum in textum irrepſiſſe contendit. Num ergo nudius tertius, ex quo Eccleſiarum Liturgia certam acceperat formam? aut quid obſtat quo minus Verſio ſit antiqua, ſi doxologia inſeratur? Siquidem ſi in Græcis, quidni et in Syriacis etiam codicibus addi potuit Liturgicum hoc επιφωνημα?

† Aſſeman. Bibl. Orient. Tom. II. in indice Codd. MS. p. 446.

Si modo additio ſit ulla: quod fortaſſe pepercerat dixiſſe, Vir in primis doctus, ſi meminiſſet hanc Doxologiam e Kaddiſh Judaica ſumptam, inde in precibus Apoſtolicis ex præſcripto Domini fuiſſe uſurpatam, indidemque ad Liturgias Græcas profluxiſſe.

Sed multo plura diſſeruit, quæ hujuſce Verſionis antiquitatem infirmare n, inter Remonſtrantes Amſtelodami Philoſophiæ et Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ nuper Profeſſor, Joannes Jacobus Wetſtenius, in Prolegomenis ad N.T. Editionem &c. denuo procurandam, MDCCXXX°. Is, poſtquam obſervaſſet Verſionem Syriacam a Thoma Heracleenſi Alexandriæ in Ægypto in monaſterio Antonii cum tribus codicibus Græcis diligenter collatam atque emendatam eſſe A. D. DCXV°; adjecit, "hodieque non alios exſtare Syriacos codices, quam eos qui "ex hac editione deſcripti et correcti ſunt."

Gravis ſane error, ſed non eſt ipſius Wetſtenii deliramentum. Eo primum imbutus eſt a Renaudotio et Lelongio, et tandem ab amico noſtro Joanne Kippax S. S. Th. Profeſſore liberâtus, ut ex literis Caſpari Wetſtenio datis ut mihi communicarentur, didici. "Gratias, "inquit, habeo maximas Rev. Ridleio pro tranſmiſſa notitia codi"cum, quos poſſidet, Syriacorum N. T. Utinam quam primum "accurate Editos conſpiceremus. Multum inde bonæ frugis ad "veram lectionem eruendam rediret. Jam aliquot elapſi ſunt anni, "ex quo Amicus Ridleii me liberavit ab errore, in quem confi"dentia Renaudoti et Lelongii me induxerat, aſſeverantium unicam "eſſe Verſionem Syriacam. Uti hoc gratus agnoſco, ita nolim "mihi imputari errorem, quem erravi non prius, ſed poſt alios, "cum copia non eſſet codices MSS. conſulendi, quod ſolum rem "extricare potuiſſet."

Hæc candidus Profeſſor ſcripſit anno MDCCXLIV° ineunte; nec hujus Erroris meminiſſem, niſi in Prolegomenis MDCCLI° editis huic retractationi repugnans reperiſſem argumentum, et eundem errorem altius radices egiſſe quam ut potuerint evelli. Opponit enim Simplicis antiquitati, Ptolemaida vocari Acco, "quod nomen, in"quit, iſta urbs ſub imperio demum Saracenorum, h. e. poſt ſeptimum

" ſeculum recuperaſſe videtur." At quomodo hoc ſtare poſſit, quum ipſe conceſſerit, Simplicem ab ea Heracleenſi ſeculo ſexto collata, non modo aliam eſſe, ſed etiam priorem? ad Simplicem ſub nomine PRIORIS refert Editio Heracleenſis: atque etiam Wetſtenius *illam* ut PRIOREM, *hanc* ut POSTERIOREM diſtinguit.

Ad ipſum argumentum diſſolvendum ſufficit Ammianum Marcellinum adire, a quo docemur urbium nomina, a Græcis Imperatoribus indita, apud Indigenas non obtinuiſſe: Urbem igitur quam Lucas Græce ſcribens Ptolemaida vocaverat, Interpres Syrus, in rudiorum et indigenarum gratiam exponens, per nomen illis notius Acco reddidit, priuſquam ſub Saracenis vetus nomen publice reſtitueretur.

Objicit porro Vir Cl. " MSS^{oi} Codices Evangeliorum Syriacos ha-" bere Canones Euſebii, ejuſque Epiſtolam ad Carpianum." *Codices* igitur *iſti* ſunt Euſebii ætate recentiores: Continuone ſequetur *Verſionem* quoque poſteriorem eſſe, cui perinde ac Græco Textui, hi Canones et Epiſtolæ, in recentiori ſeculo, comites et miniſtri adjungi potuerint?

Attentatum vero nolens deſerere argumentum, ſubtiliores quaſdam temporum notas profert, quæ plerumque adeo ſunt lubricæ et incertæ, ut niſi Critico acumine non poſſint aut perſpici aut refelli. Hujuſmodi eſt argumentum ex Joannis v. 27. petitum. " *Quod ipſe* " *ſit filius hominis* jungit cum ſequentibus *ne miremini hoc*; non cum " præcedentibus, quæ diſtinctio videtur ſapere argutias ævi poſterio-" ris." An vera ſit hæc diſtinctio, an ſecus, non eſt hujus loci; an argumentum ſit verſionem hanc ævo poſteriori eſſe factam, necne, quæſtio eſt. Ut argutias ævi miſſas faciam, quas omnino non ſapio, argumento utar apertiori, manifeſto Chryſoſtomi teſtimonio, quo teſte conſtat Syram illam diſtinctionem fuiſſe recepta *priorem*; receptam enim Paulo Samoſatonenſi adſcribit medio ſeculi tertii. Syra igitur diſtinctio approbata erat ſeculo 4to exeunte, et judicio Chryſoſtomi recepta (ſeculo tertio ficta) verior et antiquior eſt judicata.

Ejuſdem generis eſt hæc quæ ſequitur conjectura. " Loca ex " Veteri Teſt. citata, inquit, non prout in Græco Textu juxta

“ Græcam *των ο* verſionem, ſed juxta Hebraicum Textum in Syro “ legi: qui etiam non *Beelzebul* ſed *Beelzebub* ſcribit: quæ *ακριβεια* a “ temporum Apoſtolicorum ratione remota eſt: alicubi etiam vim “ argumenti Apoſtolici enervat.” Sed quænam iſta Syri tam admiranda *ακριβεια*, quæ a temporum Apoſtolicorum ratione remota ſit, ſi iſtius ævi Authores, Græce ſcribentes Græce peritis, V. T. Scripturas juxta Græcorum Verſionem citarent, et ejuſdem ævi explanatores eadem teſtimonia, Chaldaice peritis, juxta Chaldæam paraphraſin protulerint? Eadem eſt utriuſque ratio, eadem *ακριβεια*. Nil igitur obſtat hactenus, quo minus Verſio Syrorum Simplex ad ſecundum referatur ſeculum.

SECTIO II.

De Simplicis Verſionis Utilitate.

* IN Græcis verbis vel phraſibus inuſitatioribus vetus hæc Verſio in Eccleſia Antiochena, ubi primum Diſcipuli cognominati ſunt Chriſtiani †, non contemnendus eſt Interpres. De vocabulo τω επιουσιον, Matth. vi. 11. ambigis quis ſit ejus ſignificatus? a nullo Græcorum uſurpatur hæc vox, inquit Origines ‡, παρ' ουδενι των Ελληνων ουτε των σοφων ωνομασαι. Latinus interpres *ſuperſubſtantialem* reddit, quaſi eſſet υπερουσιον. Alii exponunt *quotidianum*, quaſi deduceretur a τω επιεναι, a *ſuccedendo*; hinc Athanaſius, τον επιουσιον αρτον, τουτ' εστι τον μελλοντα §. Latinus hunc panem *quotidianum* dixit, inquit Ambroſius ‖, quem Græci dicunt *advenientem*. Quia Græci dicunt την επιουσαν ημηραν *advenientem diem*. At huic interpretationi obſtare videtur verbum σημερον, quod tum eſſet otioſum. Syrus vertit *panem indigentiæ*, vel *neceſſitatis noſtræ*, ܠܚܡܐ ܕܣܘܢܩܢܢ, αρτον τον επι τη ουσια ημων αρμαζοντα, ut Suidas explicat.

Si quid ſibi velit Divus Hiſtoricus inquiramus per τη κοινωνια και τη κλασει του αρτου, και ταις προσευχαις, Act. ii. 42. lucem circumfundit interpres Syrus, qui reddit, *aſſociabant ſe in precatione, et in fractione Euchariſtiæ.*

Si argumentum pro Chriſti Deitate a Matth. xxviii. 19. petitum, quod εις το ονομα του υιου baptizari jubemur, dilui poſſe confidunt nonnulli, quoniam 1 Cor. x. 2. εις τον Μωσην baptizari dicuntur Judæorum proavi; adeant ſimplicem Syrorum Verſionem, et invenient εις τον Μωσην ſignificare *per miniſterium Moſis* baptizari. Si aliud argumentum ex Stephano precante petitum, *Domine Jeſu ſuſcipe ſpiritum meum**, infirmare velint, verba ex appoſitionis conſtructione ad regiminis ſyntaxin detorquendo, *Domine* του *Jeſu, ſuſcipe* — ab hac Paraphraſi aperte refelluntur, quæ ita ſe habet, *Domine noſter, Jeſu, ſuſcipe.* —

---

* Ridl. Diſſert. p. 17. † Act. xi. 26. ‡ περι ευχης. ιϛ. § De aſſumpta carne humana. ‖ P. 180. * Act. vii. 59.

[Ad hæc Exempla a Cl. Ridleio allegata, quibus nimirum probatur Verſionem Simplicem paraphraſtica nonnunquam licentia uti, adjiciam adhuc duo aut tria. Luc. ix. 34. Gr. *εφοβηθησαν δε εν τω εκεινους εισελθειν εις την νεφελην.* Simplex ܘܕܚܠܘ ܟܕ ܚܙܘ ܠܡܘܫܐ ܘܠܐܠܝܐ ܕܥܠܘ ܠܥܢܢܐ.---*et timuerunt* quum viderent Moſem et Eliam *quod ingrederentur nubem.* Act. v. 4. Gr. *Ουχι μενον σοι εμενε, και πραθεν εν τῃ σῃ εξȣσια ὑπηρχε; τι ὁτι εθȣ εν τῃ καρδιᾳ σȣ το πραγμα τȣτο;* Simpl. ܠܐ ܗܘܐ ܕܝܠܟ ܗܘܬ ܥܕ ܠܐ ܬܙܕܒܢ: ܘܡܐ ܕܐܙܕܒܢܬ ܬܘܒ ܐܢܬ ܫܠܝܛ ܗܘܝܬ ܥܠ ܕܡܝܗ̇: ܠܡܢܐ ܣܡܬ ܒܠܒܟ ܕܬܥܒܕ ܨܒܘܬܐ ܗܕܐ *Nonne erat tuus antequam venderetur? et quum venditus eſt, rurſus tu poteſtatem habebas ſuper* pretium ejus: *quare poſuiſti in corde tuo,* ut faceres * *voluntatem hanc?* Cap. vii. 45. Gr. *Ἡν και εισηγαγον διαδεξαμενοι οι πατερες ἡμων μετα Ιησȣ εν τῃ κατασχεσει των εθνων, ὡν εξωσεν ὁ Θεος απο προσωπȣ των πατερων ἡμων εως των ἡμερων Δαβιδ.* Simpl. ܘܠܗ ܠܗܢܐ ܡܫܟܢܐ: ܐܦ ܡܥܠܘ ܐܥܠܘܗܝ ܐܒܗ̈ܝܢ ܥܡ ܝܫܘܥ: ܠܐܪܥܐ ܕܝܗܒ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ ܝܪܬܘܬܐ ܡܢ ܥܡܡܐ ܗܢܘܢ ܕܐܦܩ ܡܢ ܩܕܡܝܗܘܢ. ܘܐܬܕܒܪ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܬܗ ܕܕܘܝܕ: *Et hoc tabernaculum etiam* introducendo *introduxerunt Patres noſtri cum Jeſu in terram quam dedit eis Deus hæreditatem ex Gentibus illis quas ejecit a conſpectu eorum,* et deportatum eſt *uſque ad dies Davidis.* Multa hujuſmodi Paraphraſeωs exempla in Verſione hac occurrunt. †]

‡ Si vis igitur Syrorum Doctorum ſententias, Evangeliſtarum et Apoſtolorum ſenſum explicantium intelligere, adi *Simplicem:* Sin quis fuerit GERMANUS TEXTUS CODICUM GRÆCORUM IN QUINTO ET SUPERIORIBUS SECULIS inquiras, *Heracleenſem Philoxenianæ Verſionis Recenſionem* pervolve atque ſcrutare: de qua nunc reſtat dicendum.

---

* Perperam reddidit SCHAAFIUS verbum ܨܒܘܬܐ per *voluntatem*, cui reſpondet vox Syriaca ܨܒܝܢܐ---ܨܒܘܬܐ vero ſignificat *res, negotium, &c.* Eadem incuria occurrit ſupra Cap. ii. 12. WH.

† WH.

‡ Ridl. Diſſert. pag. 72.

SECTIO III.

De Verſione, ut dicitur, Philoxeniana.

[*] CUM multi ſint aggreſſi, ut loquitur Lucas [†], qui ipſi audierint, et miniſtri fuerint ſermonis, narrationem componere earum rerum, quarum plena inter Chriſtianos fides facta eſt; pluresque eorum narrationes exſcripſerint, et ex iis inter ſe collatis Alii novas auſi ſint excudere; Harum optimas ſecernendi, et canone quaſi ſigillandi cura naſcenti incumbebat Eccleſiæ. Secundo ineunte ſeculo, canone completo, quum quiſque pro ingenii ſui modulo, quæ ſibi viſa fuerint, explicaverit, reformaverit, ſuppleverit, non fieri poterat quin varia et diverſa paſſim divulgarentur Sacrorum Codicum exemplaria; ut in proximo ſeculo teſtatur Origines, conqueſtus, ſe multam differentiam inter exemplaria reperiſſe, ſive per negligentiam deſcribentium, ſive ex temeritate quorundam, ſive propter eos, qui negligunt emendare Scripturas, vel propter eos, qui, quod ipſis videtur, in emendationibus vel adjiciunt vel ſubducunt [‡]. Hinc illi, Pierio, Pamphilo, et Euſebio curæ optimos codices corradendi, emendatiſſimiſque bibliothecas Alexandrinam et Cæſarienſem inſtruendi, eodem ſeculo 3tio et proximo ineunte.

Ab iſtis circumforaneis et vulgatioribus Evangeliis factam fuiſſe Vulgatam Verſionem Latinam, teſtatur Hieronymus; Eamque editam partim a præſumptoribus imperitis, partim a Librariis dormitantibus, eouſque vitiatam eſſe, præſertim in Evangeliis, ubi mixta et confuſa omnia, ut neceſſe jam fuerit totam ad fontes Græcos exigere et reformare [§]. Hunc pium in ſe ſuſcepit laborem hortatu Damaſi ſeculo quarto jam excurrente. Novum Teſtamentum, ut ipſe de ſe teſtatur [||], Græcæ fidei reddidit: at quoniam Græci codices ipſi eſſent corrupti, optimos ſelegit, et emendatiſſimos Origenis, Pierii, Pamphili, et Euſebii conſuluit; quare in Præfatiuncula ad Evangeliſtas pollicetur Evangelia, codicum Græcorum emendata collatione, ſed veterum. At non omnino ad hos emendare auſus eſt Verſionem ab iſtis tam immane diſcrepantem, quæ ne multum a lectionis Latinæ conſuetudine abhorrere videretur, ita calamum temperavit, ut his tantum, quæ ſenſum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateretur ut fuerant.

---

[*] Ridl. Diſſert. p. 36. [†] Luc. i. 1, 2. [‡] Homil. viii. in Matth. [§] Præfat. ad Damaſum. [||] Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Si Græci igitur ipſi codices adeo erant in ſecundo et tertio ſeculo corrupti, ut Euſebius, qui optimos ſelegit et corraſit, meritus ſit vocari *Scripturarum Clavis, et N. T. cuſtos*; ſi quarto jam deſinente, Latina Verſio Græcis probatiſſimis tam diſſimilis erat, ut neceſſe eſſet eam ad fontes reformare; nec tamen minus neceſſe, tanta erat diſcrepantia! ut calamum temperaret Hieronymus, ne alienam Scripturarum faciem inducere videretur, quid de Syriaca Verſione in ſeculo proximo vel etiam ſexto ineunte judicandum? num eam Græcis ipſis præſtantiorem? num Alexandrinorum vel Cæſarienſium codicum lectionibus probatiorem? num tot ætatum fluxu, per tot imperitorum et dormitantium manus traditam, incorruptiſſimam evaſiſſe? mirum ſane, ſi huic uni Verſioni licuiſſet adeo eſſe felici. Creditu quidem proclivius eſt eam longius quam vel ipſam Latinam, jam ab Hieronymo caſtigatam, a Græcis receſſiſſe, et non tantum ad eos emendari, ſed etiam denuo recudi debuiſſe.

Et ſexto quidem ſeculo diluceſcente prodibat nova Evangeliorum, pariter ac cæterarum Novi Fœderis Scripturarum apud Syros Verſio. De qua ad finem hujuſce Verſionis Evangeliorum ſubjicitur hæc notatio; "Eſt Liber hic quatuor Evangeliſtarum qui verſus eſt e "lingua Græca in Syriacam accuratiſſime Mabugi civitate anno "MCCCXIX° Alexandri Macedonici in diebus Domini Philoxeni "Confeſſoris, iſtius civitatis Epiſcopi." Et Bar-Hebræus de Novo Fœdere verba faciens, dicit, "Deinde accuratius a Græco in Syriacum verſum fuit in urbe Mabug diebus Religioſi Philoxeni *."

---

* In Horreo myſteriorum.

Adeo igitur tum temporis erat deformata Syriaca quæ vulgo terebatur Novi Fœderis Verſio, ut Nova, quæ a Græcis fontibus accuratius deduceretur opus eſſet. Et ne conjecturis tantum videar augurari, ex Moſe Aghelæo, qui hortatu Paphnutii, Glaphyra Sancti Cyrilli Alexandrini e Græco in Syriacum convertit, teſtimonium proferam: qui in Præfatione ſic Lectorem adloquitur; "ſiqua vero ex ſacris Scripturis petita teſtimonia in hac Verſione occurrant, quæ Syriacis exemplaribus non conſentiant, ne animi pendeat; nam in Bibliorum verſionibus magnam eſt reperire diſcrepantiam: idque palam deprehendes ſi verſionem N. T. et Davidis a Polycarpo claræ memoriæ Chorepiſcopo ad beatum, fidelem, et doctorem Xenaiam Mabugenſem Syriace elaboratam evolvas; ubi mirari eſt tot varietates, quæ in Verſione, e Græco confecta, cernuntur [*]."

Hinc patet Textum Novi Fœderis in Græcis codicibus, et qui a Patribus, Græce ſcribentibus, citari ſolet, a vulgata Syrorum verſione mirum in modum diſcrepare.

Annus, quo hoc prodibat opus, deſcribitur Alexandri Macedonici DCCCXIX^{o}, qui juxta computum Chaldaicum incipiebat 12° Martii anno æræ Chriſtianæ DVIII^{o}. At cum calculos ſubducit Polycarpus, vel alius quivis, in præfatione ad Epiſtolas Paulinas, ponit Pauli Martyrium anno Chriſti adventus LXIX°, quinto ſabbato in menſe Thamuz (noſtro Julio magna ex parte reſpondente:) ex quo, inquit, ad annum DCCCXIX^{m} Alexandri Macedonici, quum Liber hic a Græco in Syriacum verſus eſt, ſunt anni CCCCXXXVI^{i}: at hi numeri conficiunt ſummam non ultra DV. Natales igitur Chriſti triennio ſerius ponit.

At his annis invenimus Philoxenum aliter occupatum. Epiſcopatum inierat anno CCCCLXXXV^{o}, in exilium pulſus eſt DXVIII^{o}. Ab anno CCCCXCVIII^{o} Flavianum Antiochiæ Patriarcham exagitare cœpit, et anno proxime ſequenti ab eodem ſimul exagitatus eſt. Mox (DVI^{o}) ad urbem regiam Conſtantinopolin proficiſci coactus eſt; et exinde in Syriam reverſus a DVII ad DX, frequentibus apud Anaſtaſium Imperatorem calumniis Flavianum vexare non deſtitit. Ipſe interea temporis, ut in Epiſtola ad Monachos Senennenſes queritur, ſæpe mortem effugit; quam Hæretici Gentilibus conjuncti ſibi machinabantur.

---

[*] Aſſem. Bibl. Orient. Tom. II. Cap. x.

Non erat otii ſatis Philoxeno turbidis iſtis temporibus tanto, atque a curis ſecularibus tam alieno, ſtudio vacare. At hoc opus, quod ſibi viſum ſit neceſſarium, alteri demandare ſibi ſubjecto, Epiſcopum, literarum fautorem, et ſiquis alius Scriptorem elegantiſſimum, necnon in ſacras ſcripturas Commentatorem, decebat omnino. Eo præcipue temporis intervallo, quum nihil ab Antiſtite Romano, ſuæ Vulgatæ, Simplici Syriacæ ſimillimæ, propugnatore opponendum fore timebat.

Xenaiæ igitur ſive Philoxeni Chorepiſcopus Polycarpus hanc e Græco elaboravit verſionem; eamque Philoxeno inſcripſit anno æræ Chriſtianæ DVIII^{o}, Eccleſiis Orientali et Occidentali graviter inter ſe diſſidentibus ab anno CCCCLXXXIV^{o} ad annum DXIX^{m}.

Hic omnes libros N. T tranſtulit, quatuor Evangelia, Actus Apoſtolicos, ſeptem Epiſtolas Catholicas, et quatuordecim Paulinas; necnon, ut ex dialecto, et verſionis indole judicare poſſimus, Apocalypſin. Neque ex opinionis tantum arbitrio pendet hoc judicium, ſed teſte confirmatur; in Bibliotheca enim S. Marci Florentiæ codex eſt Syriacam Apocalypſeos verſionem continens, quam Amanuenſis ſcribit ſe ab Autographo antiquiſſimo deſcripſiſſe Romæ MDLXXXII; autographum vero exaratum fuiſſe a Thoma de Charkel ſeu Heracleenſi.

Dialectus eſt non Antiochena, ſed Babylonica, qua fere per idem tempus, vel paululum prius, prodibat Talmud iſto nomine inſignitum. Græcum Textum κατα ϖοδα, ut fidus Interpres, ſequitur Polycarpus, verborum etiam collocatione, ipſiſque articulis emphaticis retentis: non in rudiorum gratiam paraphraſtice interpretatus eſt, ſed ipſiſſimam Græci Textus faciem exprimit; explicationibus igitur abſtinet, quæ in Simplici frequentes; (in margine quidem nonnullas offendimus, ſed a recentiori forſan interprete adjectas:) voces Syriacas in Textum Græcum admiſſas, et ibi Græce quoque redditas, quas (ut apud Syros notiſſimas) neglexit iterum interpretari Simplex, huic eſt religio quo minus præteriret: Græca verba, quæ vel ipſe parum intellexerat, vel æquipollentibus Syris reddere deſperaverat, vel retinet in textu, Syriacis characteribus exarata, vel horridius aliquando ad etymologiam vertere conatus eſt, potius quam fucum Græcis obducere. Hujuſmodi ſunt, Matth. viii. 5. et paſſim, *εκατονταρχος*. Simplex vertit per ܩܢܛܪܘܢܐ *Centurio*. Polycarpus, nunc ܐܩܛܘܢܛܪܟܘܣ, nunc ܪܒܡܐܐ. Matth. xii. 4. *αρτȣς προθεσεως*. Simplex explicat *panem menſæ Domini*. Polycarpus ܠܚܡܐ ܕܣܝܡܘܬܐ ܩܕܡܡܪܝܐ, et in margine explicat *qui poſiti erant coram Domino*. Luc vi. 1. *δευτεροπρωτω*. Simplex prorſus omittit. Polycarpus ad verbum reddidit ܬܪܝܢܝܬܐ ܕܩܕܡܝܬܐ; et notatur in margine non in omni exemplari hæc verba legi. Johan. v. 2. *επι προβατικη κολυμβεθρα*. Simplex, *quidam locus Baptiſterii*. Polycarpus vero ܠܘܬ ܦܪܘܒܐܛܝܩܝ ܡܥܡܘܕܝܬܐ. In margine Græcis literis ſcribitur *προβατικη*, quam Syriace interpretatus eſt *pecuaria*. Act. xix. 38. *αγοραιοι αγονται*. Simplex iterum præterit. Polycarpus ܫܘܩܢܐ ܐܝܬܝܗܘܢ, a ܫܘܩܐ *forum*.*

Aliquando quidem reddit, ut objicit Wetſtenius, ſatis imperite. At neſcio an in ullo alio loco niſi in his duobus ſubjectis. Jud. comm. 6. *δεσμοις αϊδιοις*, vertit *vinculis ignotis*; ac ſi putaſſet quod *ιδιος* ab *ειδω* *ſcio* deduci potuiſſet. Non tamen ignorabat *αϊδιος* ab *αει* aliquando deduci, Rom. enim i. 20. vertit *ſempiterna*, ܠܥܠܡܝܐ a ܠܥܠܡ *ſemper:* ſed ad tenebras refert vincula; quaſi inde *ignota* dici mererentur, quoniam eſſent *inviſibilia*, et quod in loco huic cognato

---

* Sæpe verbum aliquod Græcum compoſitum per duplex Syriacum exprimit Polycarpus. E. g. Matt. x. 26. Gr. *ευδοκια* reddit ܫܦܝܪܘܬ ܨܒܝܢܐ *bonitas voluntatis*. xiv. 8. Gr. *προβιβασθεισα* vertit ܩܕܡܐ ܗܘܬ ܡܚܦܛܐ *præibat edocta*. xxi. 33. Gr. *περιεθηκε* reddit ܐܚܕܪ ܣܡ *cinxit poſuit*. Hujuſmodi periphraſes non ſemper ad literam verti: tales enim loquendi formulas lingua latina reſpuit. WH.

2 Pet. ii. 4. *σειραις ζοφȣ* ſervari dicuntur Angeli. Apoc. viii. 13. *εν μεσȣρανηματι* tranſtulit perinde ac ſi decompoſitum eſſet ex *μεσος*, *ȣρα*, et *αιμα*. Cap. xiv. 6. quaſi eſſet compoſitum ex *ȣρανος* et *αιμα*. At recte tandem cap. xix. 17. *in medio cæli.**

Graviſſimi ſane errores ſi interpretationem ſpectes: ſed qui Græco Textui non officiunt; pellucet ille. Patet enim hinc in Caleritano defectus, ubi deeſt *αιδιοις*: et *αλυτοις* non legi, ut habemus in Colb. 7. Et utcunque ſit ridiculum, verbum in Apocalypſi vertiſſe per *medio caudæ quæ habet ſanguinem*, at ex hoc corrigere poſſimus Eraſmi codices qui legunt *μεσȣρανισματι*. Ridere quidem licet, germanam vero formam originis tenemus. Ut non verius Syllæ faciem depinxiſſe videatur Plutarchus, in qua, ut dicit, effloreſcebat aſpera rubedo albedine ſparſim interfuſa, quam Sannio ille qui eandem deſignavit in hunc ridiculum modum,

Mora ſi ſpargas farina, talis eſt forma Syllæ.

Uſus igitur hujus Verſionis eſt, non ut Syrorum Doctorum de N. T. locis interpretationes referret, ſed ut in ea probatiſſimi Græci exemplaris ſynceram faciem poſſemus intueri.

---

* Vide et Matt. ix. 14. ubi Gr. *πολλα* adverbium reddit per adjectivum plurale ܣܓܝܐ̈ܬܐ *multa*: et Matt. xxiii. 25. ubi vocem *παροψιδος* inepte interpretatur *faciem exteriorem*, quaſi a *παρα* et *οψις* compoſita eſſet. WH.

SECTIO IV.

De ejuſdem Recenſione Heracleenſi.

[*]QUUM jam hortante Philoxeno ſuam N. T. Verſionem edidiſſet Polycarpus, ſive quis alius, anno poſt Chriſti natales DVIII, ut ex notatione *prima* ad calcem Evangeliorum in noſtro codice adſcripta patet; eo animo ut Græci textus fontes jam olim inter Syros turbidi, et diuturna obſcuritate latentes, aperirentur: Quoniam ipſi Græci codices aliquantulum inter ſe diſſiderent, Thomas quidam, qui ſe Maſcino, hoc eſt, *Pauperem* vel *Miſerum* appellat, Orientalium ſe deprimentium more, hanc Polycarpi Verſionem cum probatiſſimis Græcis exemplaribus voluit comparare, ut, quæ verior ſibi viſa ſit lectio, perpenderet veritatis indagator, et amplecteretur.

Hoc conſilio Alexandriam petiit, ut bibliothecas ibi cura Pierii atque Origenis optimis codicibus inſtructas conſuleret, ut ex notatione quæ priorem excipit, conſtat. "Poſtea vero collatus eſt mea "ipſius Thomæ Maſcino multa dedita opera cum duobus exempla"ribus Græcis probatiſſimis, et accuratiſſimis, in Antonia magnæ "civitatis Alexandriæ, in ſancto cœnobio Antonianorum." Sed quo anno hæc facta eſt Collatio non patet: et quis fuerit ille Thomas, aut quo floreret ſeculo ipſi ambigunt Syri. Sed tertia ſequitur adnotatio in hunc modum;

"Denuo deſcriptus eſt et collatus in loco prædicto anno nongente"ſimo viceſimo ſeptimo ipſius Alexandri Indictione quarta. Quanta "autem moleſtia, et quantus erat mihi labor in eo, ſociiſque ejus "(Actibus nimirum Apoſtolicis, et Epiſtolis) Dominus ſolus novit: "Qui . . . . &c. . . . ." Et ad calcem Actuum Apoſtolicorum, et Epiſtolarum Catholicarum legimus, "Deſcriptus eſt vero ex exem"plari accurato eorum [librorum] qui verſi ſunt diebus Piæ Memo"riæ Philoxeni Confeſſoris, Epiſcopi Mabugenſis: Collatus autem

---

[*] Ridl. Diſſert. p. 41.

" multa dedita opera mea ipſius Thomæ Maſcino cum exemplari " Græco valde accurato et probato, in Antonia Alexandriæ magnæ " civitatis, in ſancto cœnobio Antonianorum, ſicut reliqui libri ſocii." His addenda eſt adnotatio in altero codice, Barſalibæi nomine inſignito, Evangeliis ſubſcripta, " Liber Evangeliorum ſecundum Editinem veram et accuratam Thomæ Heracleenſis cum quatuor pro-" batis exemplaribus collatus, atque etiam manibus Barſalibæi con-" firmatus et editus."

Ex his omnibus teſtimoniis, ni fallor, habemus ubi ponamus pedem et quæ apud Syros ſunt confuſa, dilucide poſſunt explicari. Patet igitur primo, eandem verſionem quæ facta eſt diebus Philoxeni bis fuiſſe collatam Alexandriæ. Deinde, has Collationes ab eodem Thoma Maſcino eſſe inſtitutas, quippe qui (in not. 2da) loquitur in prima perſona *mea ipſius Thomæ Maſcino opera*, (et not. 3.) in eadem perſona *quantus erat mihi labor*, &c. quum narraverat verſionem ipſam ab alio quopiam quem non nominat (in not. 1.) prodiiſſe: Tum, Hanc verſionem ita collatam, dictam eſſe Editionem (ܡܦܩܢܘܬܐ) Thomæ Heracleenſis: Eundem igitur fuiſſe Thomam Heracleenſem et Thomam Maſcino: Necnon Evangelia collata fuiſſe cum duobus probatiſſimis Græcis exemplaribus, vel etiam tribus, ut quidam Romæ et Florentiæ teſtantur codices. Poſtremo, Actus Apoſtolicos, et ſeptem Catholicas Epiſtolas cum uno tantum exemplari collatas eſſe. Non conſtat vero quot adhibuit in conferendis Epiſtolis Paulinis, quoniam finis ad Hebræos Epiſtolæ deeſt; at in notis margini adſcriptis ad Philip. iii. 18. duorum Græcorum meminit exemplarium.

Hunc Thomam fuiſſe Epiſcopum teſtatur Barſalibæus, in Præfatione ad ſecundam Petri Epiſtolam, quam dicit, " non fuiſſe ver-" ſam in linguam Syram cum libris qui diebus antiquis redditi ſunt, " ideoque non inveniri niſi in Tranſlatione Thomæ Epiſcopi, qui " cognominatus eſt Heracleenſis, ſecundum nomen Heracleæ civita-" tis ſuæ *." Et Bar-Hebræus in Chronico ſuo de eodem narrat " ſub

---

* Præfat. Pocokii ad 4. Epiſt. Catholic.

" hæc tempora (anno Græcorum DCCCCXXVII°) floruit Thomas " Heracleenſis Cœnobii Taril Monachus, qui a puero in Kenſerinenſi monaſterio literis Græcis excultus, poſtea Mabugi Epiſcopus " fuit: exagitatus autem a Domitiano Melitinenſi in Ægyptum profectus eſt, habitavitque in Anton. Alexandriæ in ſacro Antonianorum Monaſterio; ubi memorabili diligentia ſacrum Evangeliorum " codicem et reliquos N. T. libros admodum exacta et accurata " emendatione reſtituit, poſt primam Verſionem Philoxeni Mabugenſis ſtudio elaboratam *."

Hanc Verſionem a Thoma recenſitam idem Bar-Hebræus Simplici, ut accuratiorem et Græcis melius reſpondentem, prætulit. " Hæc " autem, inquit, omiſſis pluribus quæ efferre poteram, non eo huc " congeſſi, ut gentilibus meis inſultarem, ſed ut veritatem funditus " edocti, Simplicem verſionem numeris omnibus abſolutam eſſe, " cum cæteris populis non contendant †."

Altero ab hac editione abſoluta anno, Alexandria eſt a Perſis capta; et poſt annos viginti tres a Saracenis occupata; quorum efferata immanitate de induſtria conſumpta eſt et deleta flammis inſtructiſſima illa Bibliotheca. Qua ruina omnes Editionis Heracleenſis codices ibi repoſiti, omnia probatiſſima illa Græca exemplaria quibus collata eſt nova hæc Tralatio, magno Chriſtianæ literaturæ diſpendio perierunt; neque ullibi, niſi in codicibus hujus Recenſionis tranſcriptis, et per Syriacas Eccleſias diſperſis, jam ſuperſunt, in quorum marginibus lectiones eæ variantes collocantur: neque tamen in pauxillo temporis intervallo annorum 25, plurimi potuerint tranſcribi codices; et qui tranſcripti ſunt, per Saracenos oppreſſa Syrorum libertate, religione, et eruditione, in abditis Cœnobitarum et Eremitarum receſſibus neglecti latuere.

Tandem Dionyſius Barſalibæus corraſis aliquot exemplaribus Heracleenſem Recenſionem reſtituit, et denuo edidit ante ſeculi duodecimi exitum; et circiter hoc tempus bini noſtri codices videntur exarati fuiſſe.

---

[*] Aſſeman. Bibl. Orient. Tom. II. p. 334.

[†] Bibl. Orient. Tom. II. cap. 42. p. 282.

Sed priuſquam alterum maturuerat ævum, et medium ſui curſus ſpatium confecerat, Mamlucis per totam Syriam vagantibus et vaſtantibus, deſtructæ ſunt tum Neſtorianorum tum Jacobitarum Eccleſiæ: eas vero in Moſulana regione ab excidio evaſiſſe dicit Abulpharagius, pro quibus ingens pecuniæ ſumma perſoluta fuit: Quumque Magnates Duceſque urbem Moſul intraſſent, continuo viri pietate inſignes ſanctarum Eccleſiarum ruinam ægre ferentes, ut hanc averterent, et ſacros codices redimerent, ingentem auri vim pro earum indemnitate ſponderunt. Et quoniam de hujus ſeculi opibus nihil poſſidebant, earumdem Eccleſiarum inſtrumenta, vaſaque omnia collegerunt; quamobrem nec Crucem, nec Iconem, nec Thuribulum aut Evangeliorum codicem auro argentove tectum reliquere.

Hi ſunt hujuſce Tralationis ortus, fortunæque; in turbidiſſimis temporibus, ſævientibus in Philoxenum Mabugenſem Epiſcopum, ejuſque aſſeclas Neſtorianis, prodiit: Philoxeno, tot procellis tantiſque periculis non demiſſo, ſuadente; et Polycarpo ejus Chorepiſcopo, iiſdem tempeſtatibus minime conturbato, mandata exequente: hanc Thomas Heracleenſis, alius Mabugenſis Epiſcopus, profugus, Alexandriæ bis recenſuit: quæ fere ſimul ac ad umbilicum ducta eſt, vix ac ne vix quidem e Saracenorum flammis erepta eſt: exinde elapſa, diu in cœnobitarum latebris abdita delituit: e quibus, doctiſſimo Barſalibæo procurante, tandem eruta et reſtituta, in uſum Eccleſiarum tranſcripta eſt: inter quæ exemplaria unum, ut videtur, pro Eccleſia Epiſcopali apud Moſulanos Sancto Georgio dicata exſcriptum eſt: quod mox, Mamlucis urbem obſidentibus et occupantibus, pii incolæ magni redemerunt: hoc, fide Chriſtiana, omnique fere literatura a Meſopotamia exulantibus, linguaque domeſtica cum Arabica commutata, cum codices Syriaci a pleriſque legi ſunt deſiti, iterum in cœnobitarum clauſtris iners et inutile delituit: ab his non levi pretio coemptum a Samuele Palmer, Indos itinere terreſtri petente, mihi, amicitiæ ergo, tranſmiſſum eſt ab eo, donoque donatum.

SECTIO V.

Noſtrorum Codicum deſcriptio.

*NON levi artificio componitur noſter Codex Heracleenſis. Matthæi Evangelio præfiguntur genealogiarum conciliationes, et Euſebii Cæſarienſis ad Carpianum Epiſtola; quas excipiunt Tabulæ decem Canonum, deinde Tituli Capitum in Matthæi Evangelio, quæ numerantur LXVIII: Tum Evangelium binis columnis deſcriptum, et ad imam paginam ſub utraque ſubtexitur Harmonia: margini adſcribuntur ſeriatim numeri Ammoniani, et ſub ſingulis minio notatur tabula ad quam iſta Pericope referenda eſt: minio quoque tituli Capitum diſtinguuntur, ut et teſtimonia quæ ex Veteri Fœdere adferuntur. Charactere exaratur duplici, ut monuit Wetſtenius †, *eſtrangulo* nimirum ſeu rotundo, et Neſtoriano illo minuſculo inde profecto; utroque ab editione C. Schaaf diverſo, “ita quidem ut librarius inconſtans in una eademque pagina modo hoc, modo illo charactere alternis uteretur.” Propriis nominibus, et Græcis verbis Syriace ſcriptis appinguntur vocales, ad formam Græcarum vocalium effictæ. Hæ non ſunt Thomæ Heracleenſis artificio adſcribendæ, nondum enim puncta, vel ſigna vocalia ſunt inventa; quarum origo Græcis vocalibus deberi videtur. Quidam enim hanc artem referunt Theophilo Edeſſeno, qui circiter annum Chriſti DCCLXX^{m} claruit, et Homeri opera in Syrum tranſtulit ſermonem: unde non improbabili conjectura, accedente potiſſimum communiſſima recentiorum Syrorum opinione, quinque vocalium Syriacarum figuræ ad ſimilitudinem Græcarum a Theophilo noſtro fuerint efformatæ ‡. Alii vero ad Jacobum Edeſſenum, qui anno DCCVIII^{o} obiit, et ſeptem novas vocalium figuras ad Paulum Antiochenum miſiſſe dicitur; cujus in Bibliotheca Vaticana notatur recenſio et punctatio vocum N. T. juxta Verſionem Thomæ Heracleenſis, ubi in margine Græcis uncialibus vocibus appoſitis difficiliora vocabula Syriaca elucidantur *. Eodem modo in noſtri codicis margine exarantur quædam Græca vocabula Syriacas in textu voces explicantia: notantur quoque variantes lectiones in exemplaribus Alexandrinis. Eodem artificio Marci, Lucæ, et Joannis Evangelia conficiuntur. Joannis Evangelio præfigitur Coſmæ Indicopleuſtæ præfatiuncula; deeſt capite octavo Hiſtoria Adulteræ; et in fine adjiciuntur tres illæ adnotationes quas prius deſcripſerim.

---

* Ridl. Diſſert. p. 47.

† Prolegom. p. 112.

‡ Aſſeman. Bibl. Orient. Tom. I. cap. 44. p. 521.

Abſolutis Evangeliis incipit Pars altera, quæ Actus Apoſtolicos et ſeptem Canonicas Epiſtolas complectitur. Actibus Apoſtolicis capitum argumenta potius quam titulos præpoſuit; cujus ſunt, neſcio: a Græco plane ſermone in Syrum fuerint converſa. Non ſunt Euthalii; neque numero conveniunt, ille enim habet capita 40, at noſter tantum 33: neque eodem conſilio diſpertiuntur capita, neque iiſdem verbis proponuntur argumenta. Nullam habet *ϛιχομετριαν* quam in Euthalio reperimus, neque Textus vel Margo cum Euthalii lectionibus ſingularibus concinit. Ex. gr. Act. i. 12. *τοτε υπεϛρεψαν* [Euthal. *οι αποϛολοι*] *εις Ιερȣσαλημ απο ορȣς τȣ καλȣμενȣ ελαιωνος, ο εϛιν εγγυς Ιερȣσαλημ σαββατȣ εχον οδον*: at pro *σαββατȣ εχον οδον* legit Euthalius *τοσȣτον ων* (pro *ον*) *το διαϛημα, οσον δυνατον Ιȣδαιον περιπατειν εν σαββατω.* Textum ſuum ſe comparaſſe dicit Thomas cum *uno* probo exemplari Græco: verum ad cap. iv. 30. reperio annotatum “ ſunt exemplaria “ in quibus non eſt [illegible].” Quænam autem erant exemplaria illa? Syriacane, an Græca? ſi Græca, vel erant circumforanea; vel plura videtur Alexandriæ contuliſſe. Comma 7 in Joannis Epiſtolæ primæ capite quinto non legitur. Contextus ita ſe habet: *ȣτος εϛιν ο ελθων δι υδατος και αιματος, και πνευματος, Ιησȣς ο Χριϛος. ȣκ εν υδατι μονον αλλ᾽ εν αιματι και εν υδατι. Και πνευμα εϛι το μαρτυρȣν, οτι πνευμα εϛιν αληθεια. Οτι τρεις εισιν οι μαρτυρȣντες, πνευμα, και υδωρ, και αιμα, και οι τρεις το εν.* Ad verbum reddidi, articuloſque omnes omiſi, niſi qui in Syro exprimuntur. Ubi plurima ſunt notanda: in commate ſexto, additio και πνευματος, et αλλα και εν υδατι, et eorum quæ ſequi debent omiſſio; defectus commatis ſeptimi; et in noſtro octavo οτι pro και, verba εν τη γη non leguntur, et in commatis exitu non εις το εν εισιν, aut εν εισι, ſed οι τρεις το εν, ܬܠܬܝܗܘܢ ܚܕ ܗܘ, et in margine Græce ſcribitur το εν. Ex quibus patet quam proclive erat ob voces ſæpe iteratas Amanuenſibus labi, et codices qui conveniunt in defectu ſeptimi commatis non tamen convenire in legendo commata vel ſextum vel octavum. At MSS. omnibus pervetuſtis conſentientibus comma ſeptimum abeſſe potius quam deeſſe cenſeo. Explicit Pars illa cum adnotatione quarta prius memorata.

---

* Aſſeman. Bibl. Orient. Tom. I. cap. 40. p. 478.

Subinde ſequitur Pars Tertia; et in ea præmittitur Prologus Euthalii, in quo locantur Epiſtolarum argumenta non eadem prorſus ſerie ac in Euthalio, ubi decimum eſt Epiſtolæ ad Hebræos argumentum, ſed in conſueto Epiſtolarum ordine: at duplo longior eſt eo Prologo quem edidit Millius vel Zacagnius. Hunc excipit Martyrium Pauli; deinde numerantur in ſingulis Epiſtolis lectiones, et in ſingulis capita, teſtimonia, et verſiculi: tum in quaque Epiſtola numerat quot teſtimonia ex quoque libro afferuntur; poſtremo ipſa teſtimonia ſeorſum recitantur.

Epiſtolæ ad Romanos præmittitur capitum tabula, quæ ſunt numero 19: inter xiv et xv capita (ut in editis dividuntur) inſeruit commata 25, 26, 27 capitis xvi. Sequuntur cæteræ Epiſtolæ conſueto ordine. Ad Phil. iii. 2. adtexit commentaria quædam ex Homiliis Chryſoſtomi et Epiſtola Timothei cujuſdam ad Claudium contra Concilium Chalcedonenſe. In 1 Epiſt. Timothei, comma decimum ſextum tertii capitis ita ſe habet; ܘܫܪܝܪܐܝܬ ܪܒ ܐܝܬܘܗܝ ܐܪܙܐ ܕܫܦܝܪܘܬ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ* ܕܐܬܓܠܝ ܒܒܣܪܐ .... Ubi obſervandum eſt quod in omnibus fere locis ubicunque occurrit ευσεβεια, vel ευσεβης, vel ευσεβως, vel ευσεβεω, ſimplex et unius modi eſt Polycarpi verſio, redditque per ܥܒܕܘܬܐ ܕܚܠܬܐ, quod eſt ad literam εὐσέβεια: Prior autem Syrorum Verſio plerumque per ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ, quod eſt *timor* vel *cultus Dei:* at neutra ambas conjunxit loquendi formas ܥܒܕܘܬܐ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ, quod eſt εὐσέβεια Θεȣ, quo ſenſu difficile eſt intellectu. Sequitur ܕܐܬܐ ܠܟܝ ubi præterea eſt obſervandum, morem eſſe Polycarpi, Relativum ο, vel ος, vel η, vel ο in Græco textu (cujus vim *Simplex* per dolath præfixam rependit) in Syriaco per ܗܘ vel ܗܝ ſequente dolath exprimere. Ut Λεββαιος ὁ επικληθεις Θαδδαιος. Matth. x. 3. *Simplex* reddit ܠܒܝ ܕܐܬܩܪܝ ܬܕܝ Polycarpus vero plenius, et ὁ expreſſo, ܗܘ ܠܒܒܐܘܣ ܕܐܬܩܪܝ ܬܕܕܐܘܣ. Si igitur ex hoc textu Θεος exulat, neque ος vel ο ibi reperies, contra omnium Manuſcriptorum fidem. Deficit Codex ad comma viceſimum ſeptimum Capitis ad Hebræos Epiſtolæ.

---

* Marg. ܗܘ

In Codice Barſalibæi, quatuor priora quæ ſuperſunt pergamena, lacera et exeſa ſunt. Singulæ paginæ in quindecim quadras diſpeſcuntur variis coloribus depictas. Exhibent tabulam Evangeliorum in ſingulis Miſſis vel diebus feſtis legendorum, et referunt ſingulæ ad quinternionem, vel ſchedarum faſciculum, et ad ſchedam in faſciculo ubi Evangelium legendum reperies. Exempli gratia; ܕܐܣܛܦܢܘܣ ܘܣܗ̈ܕܐ ܟܘܪ̄ ܝܐ ܦܠ̄ ܕ *. Hoc eſt (Miſſa) *Stephani Martyrumque, quinternione undecima, ſcheda quarta.* Poſt hanc tabulam incipit Evangelium Matthæi ſine lemmate capitum, at deeſt quinternio ſecunda, vel decem folia, a cap. ix. 2. ad cap. xv. 20. excidit totum Marci Evangelium, et uſque ad Lucæ cap. ix. com. 9. Lucam ſequitur Joannes, in quo legitur Hiſtoria adulteræ a Mara converſa anno Domini DXXII, cum adnotatione ſuperius allata, qua patet Evangelia fuiſſe deſcripta ex Editione Heracleenſi, et a Barſalibæo cum 4. Exemplaribus comparata et edita. Dein Lectiones collectæ ex 4. Evangeliſtis, ſingulis ſabbatis Paſſionis legendæ juxta editionem Thomæ Heracleenſis. Sequuntur, ſecundum verſionem Syrorum Simplicem Apoſtolorum Acta, atque Tres Epiſtolæ Canonicæ. E 1 Joannis Epiſtola, cap. v. abeſt teſtium cœleſtium pericope. Has excipiunt quatuordecim Paulinæ, 1 Tim. iii. 16. ita legitur . . . . ܘܫܪܝܪܐܝܬ ܪܒ ܗܘ ܐܪܙܐ ܗܢܐ ܕܟܐܢܘܬܐ. ܕܐܬܓܠܝ ܒܒܣܪ *Vere magnum eſt myſterium hoc pietatis, quod manifeſtatum eſt carne.* Deficit ad Hebræos Epiſtola medio commatis 7. capitis duodecimi. †

---

* ܟܘܪܣܐ ܝܐ ܦܠܓܬܐ ܕ

---

† Manuſcriptus Bodleianus, cujus Collatio ad finem Evangeliorum additur, nullos habet Aſteriſcos aut Obelos, et tantummodo unam atque alteram variantem lectionem in margine. Illum MStum parvi valere mihi quidem videtur. Vide Storrii *Obſervatt. ſuper N. T. verſionibus Syriacis*, p. 59. WH.

SECTIO VI.

De Aſteriſcis, Obelis, et Lectionibus Marginalibus.

CUM Cl. Ridleius in Codicis Heracleenſis deſcriptione de * Aſteriſcis et Obelis agere non inſtituerit, de iis nonnulla dicturus ſum, et quidem tanta cum brevitate quanta perſpicuitati non officit: in omnibus enim rebus in quibus unicus eſt ſcopus homines docere, Methodum breviſſimam puto eſſe optimam.

De uſu Aſteriſcorum et Obelorum in noſtro Codice hæc habet Cl. Wetſtenius: "Habet porro Collationem Verſionis Syriacæ prioris "cum poſteriore, quam in ipſo contextu exprimit præponendo Obe"lum verbis quæ in priori abundant, et Aſteriſcum iis, quæ in priori "deſunt." Hæc ille: cujus ſententiæ minime aſſentior, quamque memorare nollem, niſi ut viros ab eo deceptos in viam reducerem, et Heracleenſis recenſionis auctoritatem ab eo immerito, ut arbitror, imminutam in gratiam eruditorum reſtituerem.

Multis quidem in locis fateor, lectiones Aſteriſcis notatas in Verſione Syra priori deſiderari, et illas Obelis incluſas ſupereſſe; ſed tam multa exempla in contrarium afferri poſſunt, ut aliam excudere conjecturam neceſſe ſit. E. g. Matt. xii. 13. *Tunc dicit illi homini, Extende manum tuam: et extendit ⁜ manum ſuam ✓.* Sic legit Syra prior. xiii. 10. *Et quum accepiſſent diſcipuli ⁜ ejus ✓.* Sic Syra prior. Com. 29. *– ne ſeligentes zizania, eradicetis cum iis ⁜ etiam triticum.* Sic Syra prior. xix. 14. *Ipſe autem Jeſus dixit ⁜ iis ✓.* Sic Syra prior: et alia hujuſmodi exempla paſſim occurrunt, quibus in locis ſecundum Wetſtenii conjecturam Aſteriſcus eſt omnino ſupervacaneus. Iterum de Obelis utramque Verſionem comparemus. Matt. xiii. 30. *Sinite ÷ igitur ✓.* Deeſt vox obelo notata in Syra priori. xviii. 35.

---

* Aſteriſcus cum nota finali ſic pingitur ⁜ ✓, Obelus hoc modo ÷ ✓. Parentheſeωs duo ſunt ſigna, quorum primum uncum angularem [ ], alterum lunatum ( ) quodammodo refert.

19 neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non
20 facit fructum bonum, exſcinditur, et in ignem conjicitur. Igitur
21 ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi,
Domine, Domine, introibit in regnum cœlorum, ſed qui facit
22 voluntatem Patris mei qui *eſt* in cœlis. Multi dicent mihi in illo

ܡܪܝܐ ܡܪܝܐ. ܠܘ ܒܫܡܐ ܕܝܠܟ ܐܬܢܒܝܢ. ܘܒܫܡܐ ܕܝܠܟ
ܕܝ̈ܘܐ ܐܦܩܢ: ܘܒܫܡܐ ܕܝܠܟ ܚܝ̈ܠܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܥܒܕܢ:
ܘܗܝܕܝܢ ܐܘܕܐ ܠܗܘܢ. ܕܠܐ ܡܬܘܡ ܝܕܥܬܟܘܢ. ܐܬܦܪܩܘ 23
ܡܢܝ. ܦܥ̈ܠܐ ܠܐ ܢܡܘܣܘܬܐ܀ ܟܠ ܗܟܝܠ ܡܢ ܕܫܡܥ 24
ܡ̈ܠܐ ܕܝܠܝ ܗܠܝܢ ܘܥܒܕ ܠܗܘܢ: [1]ܡܬܕܡܐ ܐܢܐ ܠܗ
ܠܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ. ܗܘ ܐܝܢܐ ܕܒܢܐ ܠܒܝܬܗ ܕܝܠܗ ܥܠ
ܫܘܥܐ. ܘܢܚܬ ܡܛܪܐ. ܘܐܬܘ ܢܗܪ̈ܘܬܐ: ܘܢܫܒ̈ܝ ܪ̈ܘܚܐ: 25
*ܘܐܬܓܪܝܘ ܒܒܝܬܐ ܗܘ ܘܠܐ ܢܦܠ. ܡܫܬܐܣ ܗܘܐ ܓܝܪ ܥܠ
ܫܘܥܐ. ܘܟܠ ܡܢ ܕܫܡܥ ܡ̈ܠܐ ܕܝܠܝ ܗܠܝܢ ܘܠܐ ܥܒܕ 26
ܠܗܘܢ. ܢܬܕܡܐ ܠܓܒܪܐ ܣܟܠܐ: ܗܘ ܐܝܢܐ ܕܒܢܐ ܠܒܝܬܗ
ܕܝܠܗ ܥܠ ܚܠܐ: ܘܢܚܬ ܡܛܪܐ ܘܐܬܘ ܢܗܪ̈ܘܬܐ: ܘܢܫܒ̈ܝ 27
ܪ̈ܘܚܐ: [2]ܘܐܬܬܩܠܘ ܒܒܝܬܐ ܗܘ ܘܢܦܠ. ܘܐܝܬܝܗ ܗܘܬ

* προσέπεσον

die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quod nunquam novi vos: diſcedite a me operarii iniquitatis. 23
Omnis igitur qui audit ſermones meos iſtos, et facit eos, † aſſimilabo eum viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſuper petram: 24
Et deſcendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit: fundata erat enim ſuper petram. 25
Et omnis qui audit ſermones meos iſtos, et non facit eos, aſſimilabitur viro fatuo, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam: 26
Et deſcendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et impegerunt in domum illam, 27

---

[1] ܡܬܕܡܐ] In margine MSti ܢܬܕܡܐ

[2] ܘܐܬܬܩܠܘ] ܘܐܬܬܩܠܘ ܒܡܘܩܠܬܐ
ܘܐܬܓܪܝܘ
προσέκοψαν.

† aſſimilabo eum] Lectio marg. Aſſimilabitur.

28 ܡܦܘܠܬܐ ܕܝܠܗ ܪܒܬܐ܀ ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܫܠܡ ܝܫܘܥ ܡ̈ܠܐ
ܗܠܝܢ: ܐܬܕܡܪܝܢ ܗܘܘ ܟܢܫ̈ܐ ܥܠ ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܝܠܗ.
29 ܐܠܦܗܘܢ ܗܘܐ ܓܝܪ ܕܡܠܦ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ
1 ܫܘܠܛܢܐ: ܘܠܐ ܐܝܟ ܣܦܪ̈ܐ ܕܝܠܗܘܢ ܘܦܪ̈ܝܫܐ܀ ܟܕ ܢܚܬ Cap. VIII.
2 ܕܝܢ ܡܢ ܛܘܪܐ ܢܩܦܘܗܝ ܟܢܫ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ. ܘܗܐ ܓܪܒܐ
ܩܪܒ ܣܓܕ ܠܗ ܟܕ ܐܡܪ. ܡܪܝܐ: ܐܢ ܨܒܐ ܐܢܬ: ܡܨܐ
3 ܐܢܬ ܠܡܕܟܝܘܬܝ. ܘܟܕ ܦܫܛ ܐܝܕܗ ܩܪܒ ܒܗ ܝܫܘܥ ܟܕ
ܐܡܪ: ܨܒܐ ܐܢܐ. ܐܬܕܟܐ. ܘܡܚܕܐ ܐܬܕ̈ܟܝܬ ܓܪܒܐ ܕܝܠܗ.
4 ܘܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܚܙܝ: ܠܐ ܠܐܢܫ ܬܐܡܪ. ܐܠܐ ܙܠ ܚܘܐ ܐܢܬ
ܠܟ ¹ܠܟܗܢܐ: ܘܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܗܘ ܕܦܩܕ ܡܘܫܐ ܠܣܗܕܘܬܐ
5 ܕܝܠܗܘܢ܀ ܟܕ ܥܠ ܕܝܢ ܗܘ ܠܟܦܪܢܚܘܡ ܩܪܒ ܠܗ ²ܪܒ ܡܐܐ
6 ܟܕ ܡܬܟܫܦ ܠܗ ܘܐܡܪ: ܡܪܝܐ: ܛܠܝܐ ܕܝܠܝ ܪܡܐ ܡܫܪܝܐ

28 et cecidit: et fuit ruina ejus magna. Et factum eſt, quum finiviſſet Jeſus ſermones iſtos, obſtupeſcerent turbæ ſuper doctrina
29 ejus. Erat enim docens eos ſicut habens poteſtatem, et non ſicut
1 Scribæ eorum et Phariſæi. Quum autem deſcendiſſet de monte, Cap. VIII.
2 ſequutæ ſunt eum turbæ multæ. Et ecce leproſus venit, *et* ado-
3 ravit eum, dicens, Domine, ſi vis, potes mundare me. Et quum extendiſſet manum, tetigit eum Jeſus, dicens, Volo; mun-
4 dus eſto. Et ſtatim mundata fuit lepra ejus. Et dicit ei Jeſus, Vide ne ulli dicas: ſed abi, oſtende teipſum Sacerdoti, et offer
5 oblationem quam juſſit Moſes, in teſtimonium eorum. Quum ingreſſus eſſet autem ipſe Capernaum, acceſſit ad eum † Cen-
6 turio, rogans eum, Et dicens, Domine, puer meus jacet para-

1 ܠܟܗܢܐ] In margine MSti ܠܟܗܢܐ ܚܕ
2 ܪܒ ܡܐܐ] εκατονταρχος. ܪܒ ܐܠܦܐ

† Centurio] Lectio marg. Chiliarchus.

7 ܒܒܝܬܐ܆ ܟܕ ܒܫܢܝܩܐ ܡܫܬܢܩ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܐܢܐ
8 ܐܬܐ. ̄ܘܐܣܝܘܗܝ. ܘܟܕ ܥܢܐ ܗܘ ܩܢܛܘܪܝܘܢ ܐܡܪ.
ܡܪܝܐ܆ ܠܐ ܐܢܐ ܫܘܐ ܕܬܚܘܬ ܡܛܠܠܝ ܬܥܘܠ. ܐܠܐ
9 ܒܠܚܘܕ ܐܡܪ ܒܡܠܬܐ܆ ܘܢܬܐܣܐ ܛܠܝܐ ܕܝܠܝ. ܐܦ ܓܝܪ
ܐܢܐ ܒܪܢܫܐ ܐܢܐ ܕܬܚܝܬ ܫܘܠܛܢܐ. ܕܐܝܬ ܠܝ ܬܚܝܬ ܐܝܕܝ
ܐܣܛܪ̈ܛܝܘܛܐ. ܘܐܡܪ ܐܢܐ ܠܗܢܐ ܙܠ ܘܐܙܠ. ܘܠܐܚܪܢܐ ܬܐ
10 ܘܐܬܐ. ܘܠܥܒܕܐ ܕܝܠܝ ܥܒܕ ܗܕܐ ܘܥܒܕ. ܟܕ ܫܡܥ ܕܝܢ
ܝܫܘܥ ܐܬܕܡܪ܆ ܘܐܡܪ ܠܗܢܘܢ ܕܢܩܦܝܢ ܠܗ. ܐܡܝܢ ܐܡܪ
ܐܢܐ ܠܟܘܢ܆ ' ܕܐܦܠܐ ܒܐܝܣܪܝܠ ܐܝܟ ܗܕܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܐܫܟܚܬ܀
11 ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܝܢ ܠܟܘܢ܆ ܕܣܓܝܐܐ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܘܡܢ ܡܥܪ̈ܒܐ
ܢܐܬܘܢ܆ ܘܢܣܬܡܟܘܢ ܥܡ ܐܒܪܗܡ ܘܐܝܣܚܩ ܘܝܥܩܘܒ
12 ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܒܢܝܐ ܕܝܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܢܶܬܦܩܘܢ

lyticus domi, male tortus. Et dicit ei Jeſus, Ego veniam ¯ et 7
ſanabo eum. Et reſpondens Centurio dixit, Domine, non ſum 8
dignus ut ſub tectum meum ingrediaris: ſed tantum dic verbo,
et ſanabitur puer meus. Etiam enim ego homo ſum, ſub poteſt- 9
ate *conſtitutus*, habens ſub me milites: et dico huic, Vade, et
vadit; et alii, Veni, et venit; et ſervo meo, Fac hoc, et facit.
Quum audiviſſet autem Jeſus admiratus eſt, et dixit iis qui 10
ſequebantur eum, Amen dico vobis, † neque in Iſrael ta-
lem fidem inveni. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente 11
et Occidente venient, et accumbent cum Abrahamo, et Iſaaco,
et Jacobo in regno cœlorum: Filii autem regni ejicientur in te- 12

1 ܕܐܦܠܐ ܒܐܝܣܪܝܠ] In margine MSti ܕܐܦܠܐ܆ ܘܠܐ ܠܘܬ ܐܢܫ.

† neque in Iſrael] Lectio marg. Neque apud quenquam in Iſrael.

13 ܠܚܫܘܟܐ ܒܪܝܐ. ܬܡܢ ܢܗܘܐ ܒܟܝܐ ܘܚܘܪܩ ܫܢ̈ܐ܀ ܘܐܡܪ
ܝܫܘܥ ܠܩܢܛܪܘ ܪܫ ܡܐܐ. ܙܠ܆ ܘܐܝܟ ܕܗܝܡܢܬ ܢܗܘܐ ܠܟ.
ܘܐܬܐܣܝ ܛܠܝܐ ܕܝܠܗ ܒܫܥܬܐ ܗܝ. ܘܟܕ ܗܦܟ ܗܘ
ܗܩܛܘܢܛܐܪܟܘܣ ܠܒܝܬܐ ܕܝܠܗ. ܒܗ̇ ܒܫܥܬܐ ܐܫܟܚܗ
14 ܠܛܠܝܐ ܟܕ ܚܠܝܡ܀ ܘܟܕ ܐܬܐ ܝܫܘܥ ܠܒܝܬܗ ܕܦܛܪܘܣ܆
15 ܚܙܐ *ܠܚܡܬܗ ܕܪܡܝܐ ܘܡܫܠܗܒܐ ܒܐܫܬܐ. ܘܩܪܒ * πυρεσσ.
ܒܐܝܕܗ̇ ܘܫܒܩܬܗ̇ *ܐܫܬܐ. ܘܩܡܬ ܘܡܫܡܫܐ ܗܘܬ ܠܗ܀ * ὁ πυρετός
16 ܟܕ ܕܝܢ ܪܡܫܐ ܗܘܐ܆ ܩܪܒܘ ܠܗ ܕܝܘ̈ܢܐ ܣܓܝ̈ܐܐ܆ ܘܐܦܩ
ܐܢܝ̈ܢ ܠܦ̈ܢܘܡܛܐ[1] ܒܡܠܬܐ. ܘܠܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܒܝܫܐܝܬ
17 ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܐܣܝ܆ ܐܝܟܢܐ ܕܢܬܡܠܐ ܗܝ ܕܐܬܐܡܪܬ ܒܝܕ
ܐܫܥܝܐ ܗܘ ܢܒܝܐ ܕܐܡܪ܆ ܕܗܘ *ܠܟܘܪ̈ܗܢܐ ܕܝܠܢ ܢܣܒ܆ * ἀσθενείας
18 ܘܟܐܒ̈ܝܢ ܫܩܠ܀ ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܠܟܢ̈ܫܐ ܣܓܝ̈ܐܐ

13 nebras exteriores: illic erit fletus et ſtridor dentium. Et dixit Jeſus Centurioni, Abi: et ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer ejus in hora illa. Et quum reverſus eſſet Centurio in domum ſuam, in illa hora invenit puerum ſanum.
14 Et quum veniſſet Jeſus in domum Petri, vidit ſocrum ejus decumbentem, et inflammatam febri.
15 Et tetigit manum ejus, et reliquit eam febris: et ſurrexit, et miniſtrabat ei.
16 Quum autem veſpera eſſet, obtulerunt ei dæmoniacos multos: et ejecit ſpiritus verbo, et omnes male habentes ſanavit.
17 Ut impleretur id quod dictum eſt per Eſaiam prophetam, dicentem, Ipſe infirmitates noſtras ſuſcepit, et morbos portavit.
18 Quum vidiſſet autem Jeſus turbas multas

---

[1] ܐܢܝ̈ܢ ܠܦ̈ܢܘܡܛܐ] In margine MSti τα πνευματα.

19 ܠܘܬܗ܂ ܦܩܕ ܠܡܐܙܠ ܠܥܒܪܐ܀ ܘܟܕ ܩܪܒ ܣܦܪܐ ܚܕ
20 ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܦܢܐ܂ ܐܬܐ ܒܬܪܟ ܠܐܝܟܐ ܕܐܢ ܬܐܙܠ܂ ܘܐܡܪ
ܠܗ ܝܫܘܥ *ܠܬܥܠܐ *ܢܩܥܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ܂ ܘܠܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ
ܥܫܬ ܡܫܟ̈ܢܐ. ܒܪܗ ܕܝܢ ܕܐܢܫܐ܂ ܠܝܬ ܠܗ ܐܝܟܐ ܕܢܣܡܘܟ
21 ܪܫܗ܀ ܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܡܢ ܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ ܐܡܪ ܠܗ. ܡܪܝܐ܂
22 ܐܦܣ ܠܝ ܩܕܡܝܬ ܕܐܙܠ ܘܐܩܒܘܪ ܠܐܒܐ ܕܝܠܝ܀ ܗܘ ܕܝܢ
ܝܫܘܥ ܐܡܪ ܠܗ. ܢܩܦܝܢܝ ܘܫܒܘܩ ܠܡܝ̈ܬܐ ܕܢܩܒܪܘܢ ܠܡܝ̈ܬܐ
23 ܕܝܠܗܘܢ܀ ܘܟܕ ܣܠܩ ܠܗ ܠܐܠܦܐ ܢܩܦܘܗܝ ܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ.
24 ܘܗܐ ܙܘܥܐ ܪܒܐ ܗܘܐ ܒܝܡܐ܂ ܐܝܟܢܐ ܕܐܠܦܐ ܠܡܬܟܣܝܘ ܡܢ
25 ܓܠ̈ܠܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܡܟ ܗܘܐ. ܘܩܪܒܘ ܬܠܡܝ̈ܕܐ ܕܝܠܗ
26 ܐܥܝܪܘܗܝ ܟܕ ܐܡܪܝܢ܂ ܡܪܢ. ܦܪܘܩ ܠܢ. ܐܒܕܝܢ. ܘܐܡܪ
ܠܗܘܢ. ܠܡܢܐ ܕܚ̈ܠܬܢܐ ܐܝܬܝܟܘܢ ܙܥܘܪܝ ܗܝܡܢܘܬܐ..
ܗܝܕܝܢ ܟܕ ܩܡ ܟܐܐ ܒܪܘܚܐ ܘܒܝܡܐ܂ ܘܗܘܬ ܫܠܝܘܬܐ

* ἀλώπεκες
* φωλεοὺς

apud ſe, juſſit ire in ulteriorem ripam. Et quum acceſſiſſet 19
Scriba quidam, dixit ei, Magiſter, ſequar te quocunque abieris. Et 20
dicit ei Jeſus, Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos;
Filius autem hominis non habet ubi fulciat caput. Alius autem 21
ex diſcipulis ejus dixit ei, Domine, permitte mihi primum *ut*
abeam et ſepeliam patrem meum. Jeſus autem dixit ei, Sequere 22
me, et ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et quum aſcen- 23
diſſet ipſe in navem, ſequuti ſunt eum diſcipuli ejus. Et ecce, 24
motus magnus factus eſt in mari, ita ut navis operiretur a
fluctibus: ipſe vero dormiebat. Et acceſſerunt diſcipuli ejus, 25
et excitaverunt eum, dicentes, Domine ſerva nos, perimus.
Et dicit illis, Cur timidi eſtis, puſilli fide? Tunc quum ſur- 26
rexiſſet, objurgavit ventos et mare: et facta eſt tranquillitas

27 ܪܒܐ. ܐ̈ܢܫܐ ܕܝܢ ܐܬܕܡܪܘ ܟܕ ܐܡܪܝܢ܆ ܕܐܝܟ ܐܝܢܐ ܐܝܬܘܗܝ
28 ܗܢܐ܆ ܕܐܦ ܪ̈ܘܚܐ ܘܝܡܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܗ܀ ܘܟܕ ܐܬܐ
ܠܥܒܪܐ ܠܐܬܪܐ [1]ܕܓܕܪ̈ܝܐ܆ ܐܪܥܘܗܝ ܬܪܝܢ [2]ܕܝܘ̈ܢܐ ܕܢܦܩܝܢ
ܡܢ ܒܝܬ ܩܒܘܪ̈ܐ܆ ܥܫܝ̈ܢܐ ܛܒ. ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܫܟܚ ܐܢܫ
29 ܠܡܥܒܪ ܒܝܕ ܐܘܪܚܐ ܗܝ. ܘܗܐ ܩܥܘ ܟܕ ܐܡܪܝܢ܆ ܡܢܐ
ܠܢ ܘܠܟ. ܝܫܘܥ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ. ܐܬܝܬ ܠܗܪܟܐ ܩܕܡ ܙܒܢܐ
30 ܠܡܫܢܩܘ ܠܢ. ܐܝܬ ܗܘܬ ܕܝܢ ܪܚܝܩܐ ܡܢܗܘܢ ܒܩܪܬܐ
31 ܕܚܙܝܪ̈ܐ ܣܓܝܐܬܐ ܕܪܥܝܐ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܫܐ̈ܕܐ ܡܬܟܫܦܝܢ ܗܘܘ
ܠܗ ܟܕ ܐܡܪܝܢ܆ ܐܢ ܡܦܩ ܐܢܬ ܠܢ܆ ܐܦܣ ܠܢ ܠܡܐܙܠ
32 ܠܒܩܪܬܐ ܕܚܙܝܪ̈ܐ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܙܠܘ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܕ ܢܦܩܘ܆

27 magna. Homines autem mirati ſunt, dicentes, Qualis eſt hic?
28 quia et venti et mare obediunt ei. Et quum veniſſet ad ulteriorem
ripam, in regionem † Gadaræorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci, exeuntes e ſepulchris, ſævi valde, adeo ut non poſſet quiſ-
29 quam tranſire per viam illam. Et ecce clamaverunt, dicentes,
Quid nobis et tibi, Jeſu Fili Dei? veniſti huc ante tempus tor-
30 quere nos? Erat autem longe ab iis grex porcorum multorum
31 paſcens: Illi autem dæmones rogabant eum, dicentes, Si ejicis nos,
32 permitte nobis abire in gregem porcorum. Et dixit iis, Abite. Ipſi

---

[1] ܕܓܕܪ̈ܝܐ] In margine MSti ܓܪ̈ܓܣܝܐ
ܓܪ̈ܓܘܣܝܐ
Γεργεσηνων.

[2] ܕܝܘ̈ܢܐ] ܕܡܬܕܝܘܢܝܢ

† Gadaræorum] Marg. Geraſenorum.
Gerguſenorum.
Γεργεσινων.

ܐܙܠܘ ܠܪܥܝܐ ܕܚܙܝܪ̈ܐ. ܘܗܐ ܪܗܛܬ ܒܚܣܝܢܐ ܪܥܝܐ ܟܠܗ
ܠܡܘܡܠܐ ܡܫܩܦܐ ܠܝܡܐ ܘܡܝܬܘ ܒܡܝ̈ܐ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܪܥܝܢ 33
ܗܘܘ ܥܪܩܘ. ܘܟܕ ܐܙܠܘ ܠܡܕܝܢܬܐ: ܐܘܕܥܘ ܟܠܗܝܢ:
ܘܗܠܝܢ ܕܗܢܘܢ ܕܫܐܕܐ: ܘܗܐ ܟܠܗ̇ ܡܕܝܢܬܐ ܢܦܩܬ ܠܐܘܪܥܗ 34
ܕܝܫܘܥ. ܘܟܕ ܚܙܐܘܗܝ: ܐܦܝܣܘܗܝ ܐܝܟܢܐ ܕܢܥܒܪ ܡܢ
Cap. IX. ܬܚ̈ܘܡܐ ܕܝܠܗܘܢ ܀ ܘܟܕ ܣܠܩ ܠܐܠܦܐ: ܥܒܪ ܘܐܬܐ ܠܡܕܝܢܬܐ 1
* ἰδίαν *ܕܝܠܗ. ܘܗܐ ܡܩܪ̈ܒܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܡܫܪܝܐ ܟܕ ܪܡܐ ܥܠ ܥܪܣܐ. 2
ܘܟܕ ܚܙܐ ܝܫܘܥ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܠܗܘܢ: ܐܡܪ ܠܗܘ ܡܫܪܝܐ:
ܐܬܠܒܒ ܒܪܝ: ܫܒܝܩܝܢ ܠܟ ܚܛܗ̈ܝܟ. ܘܗܐ ܐܢܫܝܢ 3
ܡܢ ܣܦܪ̈ܐ ܐܡܪܘ ܗܢܘܢ ܒܗܘܢ. ܗܢܐ ܡܓܕܦ. ܘܟܕ ܝܕܥ 4
ܝܫܘܥ ܡܚܫ̈ܒܬܗܘܢ ܐܡܪ. ܡܛܠ ܡܢܐ ܐܢܬܘܢ ܡܬܚܫܒܝܢ
ܐܝܠܝܢ ܒܝ̈ܫܬܐ ܒܠܒ̈ܘܬܟܘܢ. ܡܢܐ ܓܝܪ ܐܝܬܘܗܝ ܝܬܝܪ 5
ܦܫܝܩܬܐ ܠܡܐܡܪ. ܫܒܝܩܝܢ ܠܟ ܚܛܗ̈ܝܟ. ܐܘ ܠܡܐܡܪ

autem quum egreſſi eſſent, abierunt in gregem porcorum: et
ecce, cucurrit cum impetu grex totus per rupem in mare, et mor-
tui ſunt in aquis. Illi autem qui paſcebant, fugerunt: et quum 33
iviſſent in urbem, nunciaverunt omnia, et illa dæmoniaco-
rum. Et ecce, tota civitas exivit in occurſum Jeſu: et quum 34
Cap. IX. vidiſſent eum, rogaverunt eum ut tranſiret a finibus eorum. Et 1
quum aſcendiſſet in navem, trajecit, et venit in urbem ſuam.
Et ecce, offerebant ei paralyticum jacentem in lecto: et quum vi- 2
diſſet Jeſus fidem eorum, dixit paralytico, Bono ſis animo, fili mi,
remiſſa ſunt tibi peccata tua. Et ecce quidam ex Scribis dixerunt 3
intra ſe, Hic blaſphemat. Et quum cognoviſſet Jeſus cogitationes 4
eorum, dixit, Quid vos cogitatis mala in cordibus veſtris. Quid 5
enim eſt facilius, dicere, Remiſſa ſunt tibi peccata tua, aut dicere,

6 ܩܘܡ ܘܗܠܟ. ܐܝܟܢܐ ܕܝܢ ܕܬܕܥܘܢ ܕܫܘܠܛܢܐ ܐܝܬ ܠܗ
ܠܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܠܡܫܒܩ ܚܛܗ̈ܐ: ܗܝܕܝܢ ܐܡܪ
ܠܗܘ ܡܫܪܝܐ. ܩܘܡ ܫܩܘܠ ܠܥܪܣܐ ܕܝܠܟ. ܘܙܠ
7 8 ܠܒܝܬܟ. ܘܟܕ ܩܡ ܐܙܠ ܠܒܝܬܗ. ܟܕ ܚܙܘ ܕܝܢ ܟܢܫܐ
ܐܬܕܡܪܘ. ܘܫܒܚܘ ܠܐܠܗܐ: ܠܗܘ ܕܝܗܒ ܫܘܠܛܢܐ ܕܐܝܟ
9 ܗܢܐ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ܀ ܘܟܕ ܥܒܪ ܝܫܘܥ ܡܢ ܬܡܢ: ܚܙܐ
ܒܪܢܫܐ ܕܝܬܒ ܥܠ ܡܟܣܐ: ܕܡܬܐܡܪ ܡܬܝ. ܘܐܡܪ ܠܗ.
10 ܢܩܦܝ. ܘܟܕ ܩܡ ܢܩܦܗ܀ ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܣܡܝܟ ܗܘܐ
ܒܒܝܬܐ: ܘܗܐ ܣܓܝܐܐ ܡܟ̈ܣܐ ܘܚܛܝ̈ܐ: ܐܬܘ ܐܣܬܡܟܘ
11 ܥܡ ܝܫܘܥ ܘܥܡ ܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ. ܘܟܕ ܚܙܘ ܦܪ̈ܝܫܐ. ܐܡܪܘ
ܠܬܠܡܝ̈ܕܐ ܕܝܠܗ. ܡܛܠ ܡܢܐ ܥܡ ܡܟ̈ܣܐ ܘܚܛܝ̈ܐ ܐܟܠ
12 ܡܠܦܢܐ ܕܝܠܟܘܢ܀ ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܟܕ ܫܡܥ ܐܡܪ ܠܗܘܢ.

6 Surge et ambula. Ut autem cognoſcatis quod poteſtatem habet
Filius hominis in terra remittendi peccata, tunc dicit paralytico,
7 Surge, tolle lectum tuum, et abi domum tuam. Et quum ſur-
8 rexiſſet abiit domum ſuam. Quum vidiſſent autem turbæ, mi-
ratæ ſunt, et glorificaverunt Deum, qui dediſſet poteſtatem talem
9 hominibus. Et quum tranſiret Jeſus illinc, vidit hominem ſeden-
tem in telonio, dictum Matthæum: et dicit ei, Sequere me: et
10 ſurgens ſequutus eſt eum. Et factum eſt, quum accumberet in
domo, ecce multi publicani et peccatores venerunt *et* accubuerunt
11 cum Jeſu et cum diſcipulis ejus. Et quum vidiſſent Phariſæi dix-
erunt diſcipulis ejus, Quare cum publicanis et peccatoribus edit
12 magiſter veſter? Ipſe autem Jeſus quum audiviſſet, dixit iis,

ܠܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܣܢܝܩܘܬܐ [1]ܠܚܠܝܡܐ ܠܘܬ ܐܣܝܐ: ܐܠܐ ܠܗܢܘܢ
13 ܕܒܝܫܐܝܬ ܐܝܬ ܠܗܘܢ. ܐܙܠܘ ܕܝܢ ܝܠܦܘ ܡܢܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܚܢܢܐ ܨܒܐ ܐܢܐ. ܘܠܐ ܕܒܚܬܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܬܝܬ ܠܡܩܪܐ
14 ܠܙܕܝܩܐ. ܐܠܐ [2]ܠܚܛܝ̈ܐ܀ ܗܝܕܝܢ ܩܪܒܝܢ ܠܘܬܗ ܬܠܡܝܕܘܗܝ
ܕܝܘܚܢܢ ܟܕ ܐܡܪܝܢ: ܡܛܠ ܡܢܐ ܚܢܢ ܘܦܪܝܫܐ ܨܝܡܝܢ
15 ܣܓܝܐܬܐ: ܬܠܡܝܕܝܟ ܕܝܢ ܠܐ ܨܝܡܝܢ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ
ܝܫܘܥ. ܠܡܐ ܡܫܟܚܝܢ ܒܢܝܗ ܕܓܢܘܢܐ [3]ܠܡܬܐܒܠܘ: ܟܡܐ
ܕܥܡܗܘܢ ܐܝܬܘܗܝ ܚܬܢܐ: ܢܐܬܘܢ ܕܝܢ ܝܘܡܬܐ: ܐܡܬܝ
16 ܕܢܬܬܫܩܠ ܡܢܗܘܢ ܚܬܢܐ: ܘܗܝܕܝܢ [4]ܢܨܘܡܘܢ. ܠܐ ܐܢܫ ܕܝܢ
ܪܡܐ ܪܡܝܐ ܕܪܘܩܥܬܐ ܠܐ ܡܬܕܩܢܐ ܥܠ ܡܐܢܐ ܒܠܝܐ. ܫܩܠ
17 ܓܝܪ *ܡܠܘܐܗ ܡܢ ܗܘ ܡܐܢܐ: ܘܨܪܝܐ ܒܝܫܐ ܗܘܐ܀ ܘܠܐ

* πλήρωμα αὐτοῦ

Non habent opus ſani medico, ſed male habentes. Ite vero, 13
diſcite quid ſit, Miſericordiam volo, et non ſacrificium: non
enim veni vocare juſtos, ſed † peccatores. Tunc accedunt ad 14
eum diſcipuli Johannis, dicentes, Quare nos et Phariſæi jejunamus
multum, diſcipuli tui autem non jejunant? Et dixit illis Jeſus, 15
Num poſſunt filii thalami ‡ lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus?
venient autem dies quum auferetur ab iis ſponſus, et tunc
‖ jejunabunt. Nemo autem injicit injectionem panni impexi 16
in veſtimentum vetus: aufert enim plenitudo ejus de illo veſtimento,
et fiſſura pejor fit. Neque immittunt vinum novum 17

---

1 ܠܚܠܝܡܐ] In margine MSti ܠܚ̈ܠܝܡܐ
2 ܠܚܛܝ̈ܐ] ܠܬܝܒܘܬܐ
3 ܠܡܬܐܒܠܘ] ܠܡܨܡ
4 ܢܨܘܡܘܢ] ܒܗܘܢ ܝܘܡܬܐ
† peccatores] Lectio marg. (Peccatores) ad pœnitentiam.
‡ lugere] jejunare.
‖ jejunabunt] (jejunabunt) in illis diebus.

ܪܡܝܢ ܚܡܪܐ ܚܕܬܐ ܒܙܩܐ ܒܠܝܐ܂ ܘܐܠܘܝ ܠܐ ܡܬܦܪܬܝܢ ܙܩܐ܂
ܘܚܡܪܐ ܡܬܐܫܕ ܘܙܩܐ ܐܒܕܝܢ܂ ܐܠܐ ܪܡܝܢ ܚܡܪܐ ܚܕܬܐ ܒܙܩܐ
18 ܚܕܬܐ܆ ܘܬܪܝܗܘܢ ܐܟܚܕܐ ܡܬܢܛܪܝܢ܀ ܟܕ ܗܠܝܢ ܡܡܠܠ
ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ܆ ܗܐ ܐܪܟܘܢ ܚܕ ܟܕ ܐܬܐ܆ ܣܓܕ ܗܘܐ ܠܗ
ܟܕ ܐܡܪ܆ ܕܒܪܬܐ ܕܝܠܝ ܗܫܐ ܡܝܬܬ܂ ܐܠܐ ܬܐ ܣܝܡ ܐܝܕܟ
19 ܥܠܝܗ ܘܬܐܚܐ܂ ܘܟܕ ܩܡ ܝܫܘܥ ܢܩܦܗ ܠܗ ܘܬܠܡܝܕܘܗܝ܀
20 ܘܗܐ ܐܢܬܬܐ ܙܒܘܬ ܕܡܐ ܫܢܝܐ ܬܪܬܥܣܪܐ܆ ܟܕ ܩܪܒܬ ܡܢ
21 ܒܣܬܪܗ܂ ܢܩܦܬ [1] ܒܩܪܢܐ ܕܠܒܘܫܐ ܕܝܠܗ܂ ܐܡܪܐ ܗܘܬ
ܓܝܪ ܗܝ ܒܗ܆ ܕܐܢ ܒܠܚܘܕ ܢܩܦܐ ܐܢܐ ܒܡܐܢܘܗܝ ܕܝܠܗ
22 ܡܫܬܘܙܒܐ ܐܢܐ܂ ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܟܕ ܐܬܦܢܝ ܘܚܙܝܗ܆ ܐܡܪ܂
ܐܬܠܒܒܝ ܒܪܬܝ܆ ܗܝܡܢܘܬܟܝ ܕܝܠܟܝ ܐܚܝܬܟܝ܂ ܘܐܫܬܘܙܒܬ
23 ܐܢܬܬܐ ܗܝ ܡܢ ܗܝ ܫܥܬܐ܀ ܘܟܕ ܐܬܐ ܝܫܘܥ ܠܒܝܬܗ

in utres veteres: alioquin rumpuntur utres, et vinum effunditur, et utres pereunt: ſed mittunt vinum novum in utres novos, et
18 utraque ſimul conſervantur. Quum hæc loqueretur illis, ecce princeps quidam quum veniſſet, adoravit eum, dicens, Filia mea jam mortua eſt: ſed veni, pone manum tuam ſuper eam, et vivet.
19 Et quum ſurrexiſſet Jeſus, ſequutus eſt eum, et diſcipuli ejus.
20 Et ecce mulier laborans profluvio ſanguinis annos duodecim, quum acceſſiſſet a tergo illius, tetigit extremitatem veſtimenti
21 ejus. Dicebat enim in ſeipſa, Si tantum tetigero veſtimenta ejus,
22 ſervabor. Jeſus autem quum converſus eſſet et vidiſſet eam, dixit, Bono ſis animo, Filia; fides tua ſervavit te. Et ſer-
23 vata eſt mulier ab illa hora. Et quum veniſſet Jeſus in do-

---

[1] ܒܩܪܢܐ] In margine MS^ti ܚܘܦܐ

24 ܕܐܪܟܘܢ܆ ܘܚܙܐ ܠܙܡܪ̈ܐ ܘܟܢܫܐ ܕܡܫܬܓܫ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ
ܫܢܘ. ܠܐ ܓܝܪ ܡܝܬܬ ܛܠܝܬܐ ܐܠܐ ܕܡܟܐ. ܘܓܚܟܝܢ ܗܘܘ
25 ܥܠܘܗܝ. ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܐܦܩ ܠܒܪ ܗܘ ܟܢܫܐ܆ ܥܠ ܐܚܕܗ̇
26 ܒܐܝܕܗ̇. ܘܩܡܬ ܛܠܝܬܐ. ܘܢܦܩ ܛܒܐ ܗܢܐ ܒܟܠܗ̇ ܐܪܥܐ
27 ܗܝ܆ ܘܟܕ ܥܒܪ ܝܫܘܥ ܡܢ ܬܡܢ. ܢܩܦܘܗܝ ܬܪܝܢ ܣܡ̈ܝܐ
28 ܟܕ ܩܥܝܢ. ܘܐܡܪܝܢ܆ ܐܬܪܚܡ ܥܠܝܢ ܒܪܗ ܕܕܘܝܕ. ܟܕ ܕܝܢ
ܐܬܐ ܠܒܝܬܐ܆ ܩܪܒܘ ܠܘܬܗ ܗܢܘܢ ܣܡ̈ܝܐ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ
ܝܫܘܥ. ܡܗܝܡܢܝܢ ܐܢܬܘܢ܆ ܕܡܫܟܚ ܐܢܐ ܗܕܐ ܠܡܥܒܕ܆
29 ܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܐܝܢ ܡܪܢܐ. ܗܝܕܝܢ ܓܫܦ ܠܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܟܕ ܐܡܪ܆
30 ܐܝܟ ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ. ܘܐܬܦܬ̈ܚܝ ܥܝ̈ܢܐ
ܕܝܠܗܘܢ܆ ܘܐܬܟܐܝ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ ܟܕ ܐܡܪ܆ ܚܙܘ. ܠܐ ܐܢܫ
31 ܢܕܥ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܕ ܢܦܩܘ ܐܦܪܣܘܗܝ ܒܟܠܗ̇ ܐܪܥܐ ܗܝ܆
32 ܟܕ ܕܝܢ ܗܢܘܢ ܢܦܩܝܢ ܗܘܘ܆ ܗܐ ܩܪܒܘ ܠܗ ܒܪܢܫܐ ܕܐܓܠ

mum principis, et vidiſſet tibicines et turbam tumultuantem,
Dicit illis, Secedite: non enim mortua eſt puella; ſed dormit. 24
Et deridebant eum. Quum autem ejecta eſſet turba, ingreſſus 25
eſt, *et* apprehendit eam manu ejus: et ſurrexit puella. Et exivit 26
fama hæc in totam terram illam. Et quum digreſſus eſſet Jeſus 27
illinc, ſequuti ſunt eum duo cæci, clamantes, et dicentes, Miſerere noſtri fili Davidis. Quum autem veniſſet domum, acceſſe- 28
runt ad eum illi cæci; et dicit illis Jeſus, Creditis quod poſſum
hoc facere? dicunt ei, Etiam Domine. Tunc tetigit oculos eo- 29
rum, dicens, Secundum fidem veſtram fiat vobis. Et aperti ſunt 30
oculi eorum: et graviter interminatus eſt iis Jeſus, dicens, Videte
ne quis ſciat. Illi vero quum exiviſſent, divulgaverunt famam ejus 31
in tota terra illa. Quum autem illi egreſſi eſſent, ecce obtulerunt 32

33 ܕܡܫܐܕܢ܂ ܘܡܢ ܕܢܦܩ ܗܘ ܫܐܕܐ ܡܿܠܠ ܗܘ ܚܪܫܐ.
ܘܐܬܕܡܪܘ ܟܢ̈ܫܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ܂ ܘܠܐ ܡܡܬܘܡ ܐܬܚܙܝ ܗܟܢܐ
34 ܒܐܝܣܪܐܝܠ܀ ܦܪ̈ܝܫܐ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ܂ ܒܪܝܫܐ ܕܫ̈ܐܕܐ ܡܦܩ
35 ܫ̈ܐܕܐ܀ ܘܡܬܟܪܟ ܗܘܐ ܝܫܘܥ ܒܡܕ̈ܝܢܬܐ ܟܠܗܝܢ ܘܒܩܘܪ̈ܝܐ܂
ܟܕ ܡܠܦ ܒܟܢ̈ܘܫܬܗܘܢ܂ ܘܡܟܪܙ ܣܒܪܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ܂
36 [1]ܘܡܐܣܐ ܟܠ ܟܘܪܗܢܐ܂ ܘܟܠ ܡܚܝܠܘܬܐ܀ ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ
⁜ ܝܫܘܥ ✓ ܠܟܢ̈ܫܐ ܐܬܪܚܡ ܡܛܠܬܗܘܢ܂ ܡܛܠ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ
37 ܕܡܫܚܩܝܢ ܘܫܕܝܢ܂ ܐܝܟ ܥܢܐ ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ ܪܥܝܐ܀ ܗܝܕܝܢ
ܐܡܪ ܠܬܠܡܝܕ̈ܐ ܕܝܠܗ܂ ܚܨܕܐ ܡܢ ܣܓܝܐܐ܂ ܦܥ̈ܠܐ ܕܝܢ.
38 ܙܥܘܪ̈ܐ܂ ܐܬܒܥ̈ܘ ܗܟܝܠ ܠܡܪܗ ܕܚܨܕܐ܂ ܐܝܟܢܐ ܕܢܦܩ ܦܥ̈ܠܐ
1 ܠܚܨܕܗ܀ ܘܟܕ ܩܪܐ ܠܘܬܗ ܠܬܪ̈ܥܣܪ ܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ܂ ܝܗܒ CAP. X.
ܠܗܘܢ ܫܘܠܛܢܐ ܥܠ ܪ̈ܘܚܐ ܛܢ̈ܦܬܐ ܐܝܟܢܐ ܕܢܦܩܘܢ ܐܢܝܢ܂

33 ei hominem mutum, dæmoniacum. Et poſtquam exiviſſet dæmonium, loquutus eſt mutus: et admiratæ ſunt turbæ, dicentes,
34 Nunquam apparuit ſic in Iſrael. Phariſæi autem dicebant, Per
35 principem dæmoniorum ejicit dæmonia. Et circumibat Jeſus civitates omnes et vicos, docens in ſynagogis eorum, et prædicans Evangelium regni, et ſanans omnem morbum, et omnem infir-
36 mitatem. Quum vidiſſet autem ⁜ Jeſus ✓ turbas, miſericordia affectus eſt propter eas, quia erant attriti et disjecti, ſicut oves quibus
37 non eſt paſtor. Tunc dicit diſcipulis ſuis, Meſſis quidem multa,
38 operarii autem pauci. Orate igitur Dominum meſſis, ut emittat
1 operarios in meſſem ſuam. Et quum vocaſſet ad ſe duodecim diſcipulos ſuos, dedit illis poteſtatem adverſus ſpiritus immundos, ut CAP. X.

[1] ܘܡܐܣܐ] In margine MSti ܘܡܐܣܐ ܗܘܐ

ܘܢܐܣܘܢ ܟܠ ܟܘܪܗܢܐ ܘܟܠ ܡܟܝܫܘܬܐ܀ ܕܬܪܥܣܪ ܕܝܢ
2 ܫܠܝܚܐ܆ ܫܡܗܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܠܝܢ. ܩܕܡܝܐ. ܫܡܥܘܢ ܗܘ
ܕܡܬܐܡܪ ܦܛܪܘܣ. ܘܐܢܕܪܐܘܣ ܐܚܘܗܝ. [1]ܝܥܩܘܒܘܣ ܗܘ
3 ܕܙܒܕܝܐܘܣ. ܘܐܝܘܐܢܢܝܣ[2] ܐܚܘܗܝ. [3]ܦܝܠܝܦܦܘܣ. ܘܒܪ
ܬܘܠܡܝܐܘܣ. ܬܐܘܡܐ. ܘܡܬܬܝܐܘܣ ܗܘ ܡܟܣܐ.
ܝܥܩܘܒܘܣ ܗܘ ܕܚܠܦܝܐ܆ [4]ܘܠܒܒܐܘܣ ܗܘ ܕܐܬܟܢܝ
4 [5]ܬܕܕܐܘܣ. ܫܡܥܘܢ ܗܘ ܟܢܢܝܛܝܣ. ܘܝܗܘܕܐ
5 ܐܣܟܪܝܘܛܐ ܗܘ ܕܐܫܠܡܗ܀ ܠܗܠܝܢ ܬܪܥܣܪ ܫܕܪ
ܝܫܘܥ܆ ܘܦܩܕ ܐܢܘܢ ܟܕ ܐܡܪ܆ ܒܐܘܪܚܐ ܕܥܡܡܐ. ܠܐ
6 ܬܐܙܠܘܢ. ܘܠܡܕܝܢܬܐ ܕܫܡܪ̈ܝܐ. ܠܐ ܬܥܠܘܢ. ܙܠܘ ܕܝܢ

ejicerent eos, et ſanarent omnem morbum et omnem infirmitatem. Duodecim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc. Primus, 2
Simon qui dicitur Petrus, et Andreas frater ejus; † Jacobus *filius*
Zebedæi, et Johannes frater ejus; Philippus, et Bartholomæus; 3
Thomas, et Matthæus publicanus; Jacobus *filius* Alphæi, et Lebbæus qui cognominatus eſt Thaddæus; Simon Cananites, et Ju- 4
das Iſcariotes, qui tradidit eum. Hos duodecim miſit Jeſus, et 5
præcepit iis, dicens, In viam gentium ne abieritis, et in urbem
Samaritanorum ne introieritis. Ite autem potius ad oves per- 6

[1] ܝܥܩܘܒܘܣ] In margine MSti ܘ(ܝܥܩܘܒܘܣ)

[2] ܘܐܝܘܐܢܢܝܣ] ܚܕ ܒ̄ ܦܢܝ

[3] ܦܝܠܝܦܦܘܣ] ܚܕ ܦ̄ ܦܢܝ

[4] ܘܠܒܒܐܘܣ] ܚܕ ܟ̄ ܦܢܝ

[5] ܬܕܕܐܘܣ] ܚܕ ܕ̄ ܦܢܝ

† Jacobus] Marg. Et (Jacobus)

ܝܬܝܪܐܝܬ܆ ܠܘܬ ܥܢ̈ܐ ܐܒ̈ܝܕܬܐ ܕܡܢ ܒܝܬܐ ܕܐܝܣܪܐܝܠ. ܟܕ 7
ܐܙܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܐܟܪܙܘ ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ܆ ܕܩܪܒܬ
ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝ̈ܐ܀ ܟܪ̈ܝܗܐ ܐܣܘ. ܓܪ̈ܒܐ ܕܟܘ. ܡܝ̈ܬܐ 8
ܐܩܝܡܘ. ܫܐܕ̈ܐ ܐܦܩܘ. ܡܓܢ ܢܣܒܬܘܢ. ܡܓܢ ܗܒܘ.
* ζώναις ܠܐ ܬܩܢܘܢ ܕܗܒܐ. ܘܠܐ ܣܐܡܐ. ܘܠܐ ܢܚܫܐ *ܒܙܘ̈ܢܝܟܘܢ. ܠܐ 9 10
* πήραν *ܡܙܘܕܐ ܠܐܘܪܚܐ. ܠܐ ܬܪ̈ܬܝܢ ܟܘܬܝ̈ܢܝܬܐ. ܘܠܐ ܡܣܢ̈ܐ. ܘܠܐ
ܫܒ̈ܛܐ. ܕܫܘܐ ܓܝܪ ܐܝܬܘܗܝ ܦܥܠܐ [1]ܠܬܪܣܝܬܐ ܕܝܠܗ܀ 11
ܠܐܝܕܐ ܕܝܢ ܡܕܝܢܬܐ ܐܘ ܩܪܝܬܐ ܕܥܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ܆ ܒܥܘ ܡܢܘ
ܐܝܬܘܗܝ ܕܫܘܐ ܒܗ̇. ܘܠܬܡܢ ܩܘܘ ܥܕܡܐ ܕܢܦܩܝܢ ܐܢܬܘܢ܀
ܟܕ ܕܥܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܠܒܝܬܐ. ܫܐܠܘ ܫܠܡܗ̇. ܘܐܢ ܡܢ 12 13
ܐܝܬܘܗܝ ܒܝܬܐ ܕܫܘܐ܆ ܬܐܬܐ ܫܠܡܐ ܕܝܠܟܘܢ ܥܠܝܗ̇. ܐܢ ܕܝܢ
ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܫܘܐ܆ ܫܠܡܐ ܕܝܠܟܘܢ ܠܘܬܟܘܢ ܢܗܦܘܟ܀ ܘܗܘ 14

7 ditas de domo Iſraelis. Dum proficiſcimini autem, prædicate,
8 dicentes, Appropinquavit regnum cœlorum. Morbidos ſanate,
leproſos mundate, dæmonia ejicite, mortuos ſuſcitate: gratis ac-
9 cepiſtis, gratis date. Ne comparetis aurum, neque argentum,
10 neque æs in zonis: Non peram ad iter, non binas tunicas, neque
calceamenta, neque virgas: dignus enim eſt operarius † ali-
11 mento ſuo. In quamcunque autem urbem aut vicum introie-
ritis, exquirite quis ſit dignus in ea: et illic manete donec ex-
12 13 eatis. Quum ingrediemini autem domum, ſalutate eam. Et ſi
quidem fuerit domus digna, veniet pax veſtra ſuper eam: ſi
14 autem non fuerit digna, pax veſtra ad vos revertetur. Et qui-

[1] ܠܬܪܣܝܬܐ] In margine MS^{ti} ܠܐܓܪܐ

† alimento] Lectio marg. Mercede.

ܕܠܐ ܢܩܒܠܟܘܢ܆ ܘܠܐ ܢܫܡܥ ܠܡ̈ܠܐ ܕܝܠܟܘܢ܆ ܟܕ ܢܦܩܝܢ
ܐܢܬܘܢ ܡܢ ܒܝܬܐ ܐܘ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܗܝ܆ ܢܦܨܘ ܚܠܐ
15 ܕܪ̈ܓܠܝܟܘܢ. ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܆ ܕܢܗܘܐ *ܢܝܚ ܝܬܝܪ * ανεκτοτερον
ܠܐܪܥܐ ܕܣܕܘܡ ܘܕܥܡܘܪܐ ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ. ܐܘ ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܝ܀
16 ܗܐ ܐܢܐ ܡܫܕܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܆ ܐܝܟ [1]ܟܪ̈ܒܐ ܒܡܨܥܬܐ ܕܕ̈ܐܒܐ.
ܗܘܘ ܗܟܝܠ ܚܟܝܡܐ ܐܝܟ ܚܘܘܬܐ܆ ܘܬܡܝ̈ܡܐ ܐܝܟ ܝܘ̈ܢܐ܀
17 ܚܘܪܘ ܕܝܢ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ. ܢܫܠܡܘܢܟܘܢ ܓܝܪ ܠܟܢܘ̈ܫܬܐ܆
18 ܘܒܟܢܘ̈ܫܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܢܢܓܕܘܢܟܘܢ. ܘܩܕܡ ܐܗܓܡܘܢ̈ܐ
ܕܝܢ *ܘܡܠ̈ܟܐ ܬܬܩܪܒܘܢ ܡܛܠܬܝ܆ ܠܣܗܕܘܬܐ ܠܗܘܢ * και βασιλεις
19 ܘܠܥܡ̈ܡܐ܀ ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܕܢܫܠܡܘܢܟܘܢ܆ ܠܐ ܬܪܢܘܢ ܐܝܟܢܐ ܐܘ
ܡܢܐ ܬܡܠܠܘܢ. ܡܬܝܗܒ ܠܟܘܢ ܓܝܪ ܒܗܝ ܫܥܬܐ ܡܢܐ
20 ܬܡܠܠܘܢ. ܠܘ ܓܝܪ ܐܢܬܘܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܗܢܘܢ ܕܡܡܠܠܝܢ܆
21 ܐܠܐ ܪܘܚܐ ܕܐܒܘܟܘܢ ܗܘ ܕܡܡܠܠ ܒܟܘܢ. ܢܫܠܡ ܕܝܢ ܐܚܐ

cunque non exceperit vos, neque audierit ſermones veſtros, quum exieritis e domo aut ex urbe illa, excutite pulverem pedum veſtrorum. 15 Amen dico vobis, quod erit tolerabilius terræ Sodom et Gomorræ in die judicii, quam civitati illi. 16 Ecce ego mitto vos ſicut † oves in medium luporum: eſtote igitur prudentes ſicut ſerpentes, et ſimplices ſicut columbæ. 17 Cavete autem ab hominibus: tradent enim vos in concilia, et in ſynagogis flagellabunt vos. 18 Et ante præſides autem et reges adducemini propter me, in teſtimonium illis et gentibus. 19 Quum autem tradiderint vos, ne eſtote ſoliciti quomodo, aut quid, loquamini: dabitur vobis enim in illa hora quid loquamini. 20 Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. 21 Tradet enim fra-

[1] ܟܪ̈ܒܐ] In margine MSti ܐܡܪ̈ܐ

† oves] Marg. Agnos.

ܠܐܚܐ ܠܡܘܬܐ. ܘܐܒܐ ܠܒܪܐ. ܘܢܩܘܡܘܢ ܒܢܝܐ ܥܠ ܐܒܗ̈ܐ
22 ܘܢܡܝܬܘܢ ܐܢܘܢ. ܘܬܗܘܘܢ ܣܢ̈ܝܐܐ ܡܢ ܟܠ ܐܢܫ. ܡܛܠ
ܫܡܐ ܕܝܠܝ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܡܣܝܒܪ÷ ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܐ. ܗܢܐ
23 ܢܬܦܪܩ ÷ ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܕܪ̈ܕܦܝܢ ܠܟܘܢ ܒܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ:
ܥܪܘܩܘ ܠܐܚܪܬܐ. ܐܡܝܢ ܓܝܪ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܠܐ ܬܫܠܡܘܢ
24 ܐܢܝܢ ܠܡܕܝܢ̈ܬܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ÷ ܠܐ
ܐܝܬ ܬܠܡܝܕܐ ܕܡܝܬܪ ܡܢ ܡܠܦܢܐ ܕܝܠܗ. ܘܠܐ ܥܒܕܐ
25 ܕܡܥܠܝ ܡܢ ܡܪܐ ܕܝܠܗ. ܣܦܩܐ ܠܗ ܠܬܠܡܝܕܐ ܕܢܗܘܐ
ܐܝܟ ܡܠܦܢܐ ܕܝܠܗ. ܘܠܥܒܕܐ ܐܝܟ ܡܪܗ ÷ ܐܢ ܠܡܪܗ
ܕܒܝܬܐ * ܒܥܠܙܒܘܠ ܩܪܘ: ܟܡܐ ܝܬܝܪܐܝܬ : ܠܒܝ̈ܬܝܐ * [illegible]
26 ܕܝܠܗ ÷ ܠܐ ܗܟܝܠ ܬܕܚܠܘܢ ܡܢܗܘܢ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܬ ܡܕܡ
27 ܡܟܣܝܐ ܗܘ ܕܠܐ ܢܬܓܠܐ. ܘܡܛܫܝܐ ܗܘ ܕܠܐ ܢܬܝܕܥ ÷ ܗܘ ܡܐ

ter fratrem ad mortem, et pater filium: et inſurgent filii adver-
22 ſus parentes, et morte afficient eos. Et eritis exoſi ab omnibus
propter nomen meum: is autem qui perſeveraverit uſque ad finem,
23 ipſe ſervabitur. Quum autem perſequentur vos in urbe hac, fu-
gite in aliam: amen enim dico vobis, quod non abſolveritis urbes
24 Iſraelis, donec venerit Filius hominis. Non eſt diſcipulus præ-
25 ſtantior magiſtro ſuo, neque ſervus ſupra dominum ſuum. Sufficit
diſcipulo ut ſit ſicut magiſter ſuus; et ſervo, ſicut dominus ſuus. Si
dominum domus Beelzebul vocarunt, quanto magis domeſticos
26 ejus? Ne igitur metuatis ab iis: non enim eſt quicquam opertum,
27 quod non revelabitur; et occultum, quod non ſcietur. Quod

[1] ܠܒܝ̈ܬܝܐ] In margine MSti [illegible]
ܐܝܩܝܩܘܣ

ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܚܫܘܟܐ܆ ܐܡܪܘ ܒܢܘܗܪܐ. ܘܡܕܡ
28 ܕܒܐܕܢܐ ܫܡܥܬܘܢ ܐܢܬܘܢ܆ ܐܟܪܙܘ ܥܠ ܐܓܪܐ. ܘܠܐ ܬܕܚܠܘܢ
ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܩܛܠܝܢ ܠܦܓܪܐ܆ ܠܢܦܫܐ ܕܝܢ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ
ܠܡܩܛܠܗ. ܕܚܠܘ ܕܝܢ ܝܬܝܪܐܝܬ܆ ܡܢ ܗܘ ܕܡܫܟܚ ܕܢܦܫܐ
29 ܘܦܓܪܐ ܢܘܒܕ ܒܓܗܢܐ܀ ܠܐ ܗܐ ܬܪܝܢ ܨܦܪܝܢ *ܒܐܣܪܝܘܢ
ܡܙܕܒܢܝܢ܆ ܘܚܕ ܡܢܗܘܢ. ܠܐ ܢܦܠ ܥܠ ܐܪܥܐ ܒܠܥܕ ܡܢ
30 ܐܒܘܟܘܢ. ܕܝܠܟܘܢ ܕܝܢ ܐܦ ܡܢܬܐ ܕܪܫܐ ܟܠܗܝܢ ܡܢܝܢܢ
31 ܐܢܝܢ. ܠܐ ܗܟܝܠ ܬܕܚܠܘܢ܆ ܡܢ ܨܦܪܐ ܣܓܝܐܐ ܡܝܬܪܝܢ
32 ܐܢܬܘܢ. ܟܠ ܡܢ ܗܟܝܠ ܕܢܘܕܐ ܒܝ ܩܕܡ ܒܢܝܢܫܐ܆ ܐܘܕܐ
33 ܐܦ ܐܢܐ ܒܗ. ܩܕܡ ܐܒܐ ܕܝܠܝ. ܗܘ ܕܒܫܡܝܐ. ܡܢ ܕܝܢ
ܕܢܟܦܘܪ ܒܝ ܩܕܡ ܒܢܝܢܫܐ܆ ܐܟܦܘܪ ܒܗ ܐܦ ܐܢܐ ܩܕܡ
34 ܐܒܐ ܕܝܠܝ ܗܘ ܕܒܫܡܝܐ܀ ܠܐ ܬܣܒܪܘܢ ܕܐܬܝܬ ܠܡܪܡܝܘ ܫܝܢܐ
35 ܥܠ ܐܪܥܐ. ܠܐ ܐܬܝܬ ܠܡܪܡܝܘ ܫܝܢܐ. ܐܠܐ ܣܦܣܪܐ. ܐܬܝܬ ܓܝܪ

* assario

dico vobis in tenebris, dicite in luce; et quod in aurem auditis,
prædicate in tectis. Et ne metuatis ab iis qui occidunt corpus, 28
animam autem non poſſunt occidere: metuite autem potius ab
eo, qui potens eſt ut animam et corpus perdat in gehenna.
Nonne duo paſſeres aſſario venduntur? et unus ex illis non cadet 29
ſuper terram ſine Patre veſtro. Veſtri autem etiam capilli ca- 30
pitis omnes numerati ſunt. Ne igitur metuatis: paſſeribus mul- 31
tis præſtantiores eſtis. Quiſquis igitur confitebitur me coram 32
hominibus, confitebor etiam ego eum coram Patre meo qui eſt
in cœlis. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo 33
eum quoque ego coram Patre meo qui eſt in cœlis. Ne arbi- 34
tremini quod venerim mittere pacem in terram: non veni mit-
tere pacem, ſed gladium. Veni enim ut diſſidere faciam virum 35

ܕܐܦܠܓ ܒܪܢܫܐ ܥܠ ܐܒܘܗܝ܆ ܘܒܪܬܐ ܥܠ ܐܡܗ܂ ܘܟܠܬܐ
36 ܥܠ ܚܡܬܗ܂ ܘܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܕܒܪܢܫܐ ܒܢܝ
37 *ܒܝܬܗ ܕܝܠܗ܀ ܗܘ ܕܪܚܡ ܐܒܐ ܐܘ ܐܡܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܝܠܝ܆ * οικιακοις
ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܫܘܐ ܠܝ܂ ܘܗܘ ܕܪܚܡ ܒܪܐ ܐܘ ܒܪܬܐ ܝܬܝܪ
38 ܡܢ ܕܝܠܝ܆ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܫܘܐ ܠܝ܀ ܘܗܘ ܕܠܐ ܢܫܩܘܠ ܙܩܝܦܐ
39 ܕܝܠܗ ܘܢܦܩ ܒܬܪܝ܆ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܫܘܐ ܠܝ܀ ܗܘ ܕܐܫܟܚ
ܢܦܫܐ ܕܝܠܗ܂ ܢܘܒܕܝܘܗ܂ ܘܗܘ ܕܐܘܒܕ ܢܦܫܐ ܕܝܠܗ
40 ܡܛܠܬܝ܆ ܢܫܟܚܝܘܗ܀ ܗܘ ܕܡܩܒܠ ܠܟܘܢ܂ ܠܝ ܡܩܒܠ܂
41 ܘܗܘ ܕܠܝ ܡܩܒܠ܆ ܡܩܒܠ ܠܗܘ ܕܫܕܪܢܝ܀ ܗܘ
ܕܡܩܒܠ ܢܒܝܐ ܒܫܡܐ ܕܢܒܝܐ܆ ܐܓܪܐ ܕܢܒܝܐ ܢܣܒ܂ ܘܗܘ
42 ܕܡܩܒܠ ܙܕܝܩܐ ܒܫܡܐ ܕܙܕܝܩܐ܆ ܐܓܪܐ ܕܙܕܝܩܐ ܢܣܒ܀ ܘܟܠ
ܕܢܫܩܐ ܠܚܕ ܡܢ ܙܥܘܪܐ ܗܠܝܢ ܟܣܐ ܕܩܪܝܪ̈ܐ: ܒܠܚܘܕ
ܒܫܡܐ ܕܬܠܡܝܕܐ܆ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܆ ܕܠܐ ܢܘܒܕ

adverſus patrem ſuum, et filiam adverſus matrem ſuam, et nu-
36 rum adverſus ſocrum ſuam. Et inimici hominis *erunt* domeſtici
37 ejus. Qui diligit Patrem, aut matrem plus quam me, non eſt
dignus me: et qui diligit filium aut filiam plus quam me, non
38 eſt dignus me. Et qui non accipit crucem ſuam, et ſequitur me,
39 non eſt dignus me. Qui invenit animam ſuam, perdet eam: et
40 qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. Qui
recipit vos, me recipit: et qui me recipit, recipit eum qui miſit
41 me. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem
prophetæ accipit: et qui recipit juſtum in nomine juſti, merce-
42 dem juſti accipit. Et quiſquis ab bibendum præbet uni ex pu-
ſillis iſtis poculum frigidarum *aquarum* tantum nomine diſcipuli,

CAP. XI. ܐܓܪܐ ܕܝܠܗ ⁘ ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܫܠܡ ܝܫܘܥ ܠܡܦܩܕܘ ܠܬܪܥܣܪ 1
ܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܥܒܪ ܡܢ ܬܡܢ: ܡܛܠ ܕܢܠܦܘ ܘܢܟܪܙܘ
ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ⁘ ܝܘܚܢܢ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ 2
ܥܒܕܐ [1]ܕܡܫܝܚܐ: ܟܕ ܫܕܪ [2]ܒܝܕ ܬܠܡܝܕܐ ܕܝܠܗ. [3]ܐܡܪ 3
ܠܗ. ܐܢܬ ܐܝܬܝܟ ܗܘ ܕܐܬܐ: ܐܘ ܠܐܚܪܢܐ ܢܣܟܐ. ܘܟܕ ܦܢܐ 4
ܝܫܘܥ ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܙܠܘ ܐܘܕܥܘ ܠܝܘܚܢܢ: ܗܢܘܢ ܕܫܡܥܝܢ
ܐܢܬܘܢ ܘܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܣܡܝܐ ܚܙܝܢ. ܘܚܓܝܪܐ ܡܗܠܟܝܢ. 5
ܘܓܪܒܐ ܡܬܕܟܝܢ. ܘܚܪܫܐ ܫܡܥܝܢ. ܘܡܝܬܐ ܩܝܡܝܢ.
ܘܡܣܟܢܐ ܡܣܬܒܪܝܢ: ܘܛܘܒܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܕܐܢ ܠܐ 6
ܢܬܬܟܫܠ ܒܝ. ܟܕ ܕܝܢ ܗܢܘܢ ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ: ܫܪܝ ܝܫܘܥ 7

CAP. XI. amen dico vobis, quod non perdet mercedem ſuam. Factum eſt 1
autem quum finem feciſſet Jeſus præcipiendi duodecim diſcipulis
ſuis, progreſſus eſt illinc ad docendum et prædicandum in civitatibus eorum. Johannes autem quum audiviſſet in carcere opera 2
† Chriſti, mittens ‡ per diſcipulos ſuos, Dixit ei, Tune es is 3
qui venit, aut alium expectabimus? Et reſpondens Jeſus dixit 4
iis, Ite, renunciate Johanni ea quæ audiſtis et videtis. Cæci 5
vident, et claudi ambulant, et leproſi mundantur, et ſurdi audiunt,
et mortui reſurgunt, et pauperes evangelizantur. Et beatus eſt is 6
qui non offenſus fuerit in me. Quum autem illi abirent, cœpit 7

[1] ܕܡܫܝܚܐ] In margine MSti ܕܝܠܗ
[2] ܒܝܕ] ܬܪܝܢ ܡܢ (ܬܠܡܝܕܐ ܕܝܠܗ)
[3] ܐܡܪ] ܠܡܐܡܪ
† Chriſti] Lectio marg. Ejus.
‡ per] duos ex (diſcipulis ſuis.)

ܠܡܐܡܪ ܠܟܢܫܐ ܥܠ ܝܘܚܢܢ. ܡܢܐ ܢܦܩܬܘܢ ܠܡܕܒܪܐ
ܠܡܚܙܐ. ܩܢܝܐ: ܕܡܢ ܪܘܚܐ ܡܬܬܙܝܥ: ܐܠܐ ܡܢܐ ܢܦܩܬܘܢ 8
ܠܡܚܙܐ. ܓܒܪܐ: ܕܢܚܬܐ ܪ̈ܟܝܟܐ ܠܒܝܫ: ܗܐ ܗܠܝܢ
ܕܪ̈ܟܝܟܐ ܠܒܝܫܝܢ ܒܒ̈ܬܐ ܕܡܠ̈ܟܐ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܐܠܐ ܡܢܐ 9
ܢܦܩܬܘܢ ܠܡܚܙܐ. ܢܒܝܐ: ܐܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܘܝܬܝܪ
ܡܢ ܢܒܝܐ: ܗܢܘ ܓܝܪ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܕܥܠܘܗܝ ܟܬܝܒ: 10
ܗܐ ܐܢܐ ܡܫܕܪ ܐܢܐ ܡܠܐܟܝ ܩܕܡ ܦܪܨܘܦܟ: ܘܢܛܝܒ
ܐܘܪܚܟ ܩܕܡܝܟ: ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܠܐ ܩܡ 11
ܒܝܠ̈ܝܕܝ ܢܫ̈ܐ ܕܪܒ ܡܢ ܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܙܥܘܪ
ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ: ܪܒ ܡܢܗ ܐܝܬܘܗܝ: ܡܢ ܝܘܡܝ 12
ܕܝܘܚܢܢ ܕܝܢ ܡܥܡܕܢܐ ܘܥܕܡܐ ܠܗܫܐ: ܡܠܟܘܬܐ
ܕܫܡܝܐ ܒܩܛܝܪܐ ܡܬܕܒܪܐ: ܘܩܛܝܪܢܐ ܚܛܦܝܢ ܠܗ:
ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܢܒ̈ܝܐ ܘܐܘܪܝܬܐ: ܥܕܡܐ ܠܝܘܚܢܢ ܐܬܢܒܝܘ. ܘܐܢ 13 14

Jeſus dicere turbis de Johanne: Quid exiiſtis in deſertum ad
8 videndum? arundinem quæ a vento agitatur? Sed quid ex-
iiſtis ad videndum? hominem qui veſtibus mollibus veſtitur?
9 ecce illi qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Sed
quid exiiſtis ad videndum? Prophetam? Etiam dico vobis,
10 excellentiorem quam prophetam. Hic enim eſt ille de quo ſcrip-
tum eſt: Ecce, ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, et
11 præparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, quod non ſur-
rexit inter natos mulierum, qui major *ſit* Johanne Baptiſta: is
12 autem qui minimus *eſt* in regno cœlorum, major eo eſt. A die-
bus autem Johannis Baptiſtæ uſque nunc, regnum cœlorum cum
13 violentia accipitur, et violenti rapiunt illud. Omnes enim pro-
14 phetæ et lex uſque ad Johannem prophetaverunt. Et ſi vultis

ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܩܒܠܘ: ܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܐܠܝܐ ܗܘ ܕܥܬܝܕ
ܠܡܐܬܐ. ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܕܢܐ ܠܡܫܡܥ. ܢܫܡܥ܀ ܠܡܢܐ 16 15
ܕܝܢ ܐܕܡܝܘܗ̇ ܠܫܪܒܬܐ ܗܕܐ. ܕܡܝܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܠܛܠܝ̈ܐ ܕܝܬܒܝܢ
ܒܫܘ̈ܩܐ: ¹ܘܩܥܝܢ ܠܚܒ̈ܪܝܗܘܢ. ܘܐܡܪܝܢ: ܙܡܪܢ ܠܟܘܢ 17
ܘܠܐ ܪܩܕܬܘܢ: ܐܠܝܢ ܠܟܘܢ ܘܠܐ ܐܛܪܦܬܘܢ. ܐܬܐ ܓܝܪ ܠܘܬܟܘܢ 18
ܝܘܚܢܢ ܟܕ ܠܐ ܐܟܠ ܘܠܐ ܫܬܐ: ܘܐܡܪܝܢ. ܕܝܘܐ ܐܝܬ ܠܗ.
ܐܬܐ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܟܕ ܐܟܠ ܘܫܬܐ: ܘܐܡܪܝܢ. ܗܐ ܓܒܪܐ 19
ܐܟܘܠܐ ܘܫܬܐ ܚܡܪܐ: ܪܚܡܐ ܕܡܟ̈ܣܐ ܘܕܚܛ̈ܝܐ. ܘܐܙܕܕܩܬ
ܚܟܡܬܐ ܡܢ ²ܦܠ̈ܚܝܗ̇܀ ܗܝܕܝܢ ܫܪܝ ܗܘ ܝܫܘܥ 20
ܠܡܚܣܕܘ ܠܡܕ̈ܝܢܬܐ: ܒܗܠܝܢ ܕܗܘܘ ܚܝ̈ܠܐ ܕܝܠܗ ܣܓܝܐܐ
ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܬܬܘܝܘ.. ܘܝ ܠܟܝ ܟܘܪܙܝܢ.. ܘܝ ܠܟܝ ܒܝܬ 21

accipere; ipſe eſt Elias, qui venturus erat. Is cui ſunt aures ad 15
audiendum, audiat. Cui autem aſſimilabo generationem hanc? 16
Similis eſt pueris ſedentibus in foris, † et acclamantibus ſoda-
libus ſuis, Et dicentibus, Cecinimus vobis, et non ſaltaſtis; ulu- 17
lavimus vobis, et non planxiſtis. Venit enim ad vos Johannes 18
non comedens neque bibens, et dicunt, Dæmonium eſt illi.
Venit Filius hominis comedens et bibens, et dicunt, Ecce homo 19
edax et potor vini, amicus publicanorum et peccatorum. Et
juſtificata eſt ſapientia a ‡ cultoribus ſuis. Tunc cœpit Jeſus ex- 20
probare civitatibus in quibus factæ fuerant virtutes ejus plurimæ,
quia non reſipuiſſent. Væ tibi Corazin, væ tibi Bethſaida, quo- 21

1 ܘܩܥܝܢ] In margine MSti ܗܠܝܢ ܕ

2 ܦܠ̈ܚܝܗ̇] ܒܢ̈ܝܐ

† et acclamantibus] Marg. Qui acclamantes (ſodalibus ſuis, Dicunt)

‡ cultoribus] Filiis.

ܨܝܕܐ.. ܡܛܠ ܕܐܠܘ ܒܨܘܪ ܘܒܨܝܕܢ. ܗܘ̈ܘ ܚܝ̈ܠܐ ܗܠܝܢ
ܕܗܘ̈ܘ ܒܟܘܢ: ܡܢ ܩܕܝܡ ܒܣܩܐ ܘܒܩܛܡܐ ܟܕ ܝܬ̈ܒܝܢ ܗܘ̈ܘ
22 ܐܟܝܘܢ ܗܘ̈ܘ ܕܬܝ̈ܒܝܢ. ܒܪܡ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܕܠܨܘܪ
ܘܠܨܝܕܢ. ܢܗܘܐ ܢܝܚ ܝܬܝܪ ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ ܐܘ ܠܟܘܢ—
23 ܘܐܢܬܝ ܟܦܪܢܚܘܡ ܗܝ ܕܥܕܡܐ ܠܫܡܝܐ * ܐܬܬܪܝܡܬܝ: ܥܕܡܐ * ὑψώθης
ܠܫܝܘܠ ܬܬܬܚܬܝܢ. ܡܛܠ ܕܐܠܘ ܒܣܕܘܡ ܗܘ̈ܘ ܚܝ̈ܠܐ ܗܠܝܢ
ܕܗܘ̈ܘ ܒܟܝ: ܐܟܝܘ ܗܘܬ ܡܩܘܝܐ. ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ܀
24 ܒܪܡ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܝ: ܕܠܐܪܥܐ ܕܣܕܘܡ ܢܗܘܐ ܢܝܚ ܝܬܝܪ
25 ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ. ܐܘ ܠܟܝ܀ ܒܗܘ ܙܒܢܐ: ܟܕ ܥܢܐ ܝܫܘܥ
ܐܡܪ. ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܠܟ ܐܒܐ.. ܡܪܝܐ ܕܫܡܝܐ ܘܕܐܪܥܐ. ܡܛܠ
ܕܛܫܝܬ ܗܠܝܢ ܡܢ ܚܟܝ̈ܡܐ ܘܣܟܘ̈ܠܬܢܐ: ܘܓܠܝܬ ܐܢܝܢ
26 ܠܝܠܘ̈ܕܐ. ܐܝܢ ܐܒܐ: ܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܗܘܬ ܫܦܝܪܘܬ ܨܒܝܢܐ
27 ܩܕܡܝܟ܀ ܟܠܡܕܡ ܐܫܬܠܡ ܠܝ ܡܢ ܐܒܐ ܕܝܠܝ܀ ܘܠܐ ܐܢܫ

niam ſi in Tyro et Sidone factæ fuiſſent virtutes illæ quæ factæ ſunt
22 in vobis, olim in ſacco et in cinere ſedentes reſipuiſſent. Attamen dico vobis, quod Tyro et Sidoni erit tolerabilius in die ju-
23 dicii, quam vobis. Et tu Capernaum, quæ uſque ad cœlum exaltata fuiſti, uſque ad infernum deprimeris: quia ſi in Sodom factæ fuiſſent virtutes illæ quæ factæ ſunt in te, manſiſſet uſque
24 in hunc diem. Verumtamen dico tibi, quod terræ Sodom erit
25 tolerabilius in die judicii, quam tibi. In illo tempore quum reſpondiſſet Jeſus, dixit, Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ, quod abſconderis hæc a ſapientibus et prudentibus, et re-
26 velaveris ea infantibus: Etiam Pater, quia ſic fuit beneplaci-
27 tum coram te. Omnia tradita ſunt mihi a Patre meo: et nemo

ܡܫܬܘܕܥ ܠܒܪܐ. ܐܠܐ ܐܢ ܐܒܐ. ܐܦܠܐ ܠܐܒܐ ܐܢܫ ܡܫܬܘܕܥ
ܐܠܐ ܐܢ ܒܪܐ܆ ܘܠܡܢ ܕܐܢ ܨܒܐ ܒܪܐ ܠܡܓܠܝܘ܀ ܬܘ ܠܘܬܝ 28
ܟܠܟܘܢ ܠܐ̈ܝܐ ܘܫܩ̈ܝܠܝ ܡܘ̈ܒܠܬ ܘܐܢܐ ܐܢܝܚܟܘܢ. ܫܩܘܠܘ 29
ܢܝܪܝ ܕܝܠܝ ܥܠܝܟܘܢ܆ ܘܝܠܦܘ ܡܢܝ ܕܢܝܚܐ ܐܢܐ ܘܡܟܝܟܐ
ܒܠܒܐ܆ ܘܬܫܟܚܘܢ ܢܝܚܐ ܠܢܦ̈ܫܬܐ ܕܝܠܟܘܢ. ܗܘ ܓܝܪ 30
ܢܝܪܐ ܕܝܠܝ ܒܣܝܡܐ ܗܘ. ܘܡܘܒܠܬܐ ܕܝܠܝ ܩܠܝܠܬܐ ܐܝܬܝܗ܀
Cap. XII. ܒܗܘ ܙܒܢܐ܆ ܡܗܠܟ ܗܘܐ ܝܫܘܥ ܒܫܒܬܐ ܒܝܢ ܒܝܬ 1
ܙܪ̈ܥܐ. ܬܠܡ̈ܝܕܘܗܝ ܕܝܢ ܟܦܢܘ܆ ܘܫܪܝܘ ܡܠܩܛܝܢ ܫܒ̈ܠܐ
ܘܐܟܠܝܢ. ܦܪ̈ܝܫܐ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܘ ܐܡܪܘ ܠܗ. ܗܐ ܬܠܡ̈ܝܕܝܟ 2
ܥܒܕܝܢ ܗܘ ܡܕܡ ܕܠܐ ܫܠܝܛ ܠܡܥܒܕ ܒܫܒܬܐ. ܗܘ ܕܝܢ 3
ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܠܐ ܩܪܝܬܘܢ ܡܕܡ ܕܥܒܕ ܕܘܝܕ. ܟܕ [1]ܟܦܢ
ܘܗܠܝܢ ܕܥܡܗ܆ ܐܝܟܢܐ ܥܠ ܠܒܝܬܗ ܕܐܠܗܐ܆ ܘܠܚ̈ܡܐ 4

novit Filium niſi Pater: neque Patrem quiſquam novit, niſi Filius, et cuicunque voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes 28
vos laborantes, et ſuſtinentes onera, et ego refocillabo vos. Tol- 29
lite jugum meum ſuper vos, et diſcite a me, quod mitis ſim et
humilis corde: et invenietis requiem animabus veſtris. Jugum 30
Cap. XII. enim meum ſuave eſt, et onus meum leve eſt. In illo tempore 1
ibat Jeſus in ſabbatho per locum ſeminum; et diſcipuli ejus eſurierunt, et cœperunt vellere ſpicas, et comedere. Phariſæi autem 2
quum vidiſſent, dixerunt ei, Ecce diſcipuli tui faciunt id quod
non licet facere in ſabbatho. Ipſe autem dixit iis, Non legiſtis 3
quid fecerit David, quum † eſuriret, et illi qui *erant* cum
eo? Quomodo ingreſſus ſit domum Dei, et panes propoſitionis 4

---

[1] ܟܦܢ In margine MSti (ܟܦܢ) ܗܘ

† eſuriret] Lectio marg. (eſuriret) ipſe.

[1] ܕܣܝܡܬܐ ܩܘܪܒܐ ܐܟܠ : ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܫܠܝܛ ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܐܟܠ
5 ܘܠܐ ܠܗܢܘܢ ܕܥܡܗ܆ ܐܠܐ ܐܢ ܠܟܗ̈ܢܐ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ܀ ܐܘ ܠܐ
ܩܪܝܬܘܢ ܒܢܡܘܣܐ܆ ܕܒܫܒܐ ܟܗ̈ܢܐ ܒܗܝܟܠܐ *ܡܚܠܠܝܢ * βεβηλοῦσιν
6 ܠܗ ܠܫܒܬܐ [2]ܘܕܠܐ ܒܥܠܬܐ ܐܝܬܝܗܘܢ܆ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ
7 ܕܝܢ܆ ܕܪܒ ܡܢ ܗܝܟܠܐ ܐܝܬ ܗܪܟܐ. ܐܠܘ ܕܝܢ ܝܕܥܝܢ ܗܘܝܬܘܢ
ܡܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܪܚܡܐ ܨܒܐ ܐܢܐ ܘܠܐ ܕܒܚܬܐ܆ ܠܐ ܡܚܝܒܝܢ
8 ܗܘܝܬܘܢ ܠܠܐ ܚܝ̈ܒܐ. ܡܪܝܐ ܓܝܪ ܐܝܬܘܗܝ ܐܦ ܕܫܒܬܐ
9 ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ܀ ܘܟܕ ܥܒܪ ܡܢ ܬܡܢ܆ ܐܬܐ ܠܟܢܘܫܬܗܘܢ܆
10 ܘܗܐ ܒܪܢܫܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܬܡܢ܆ ܕܐܝܬ ܗܘܬ ܠܗ ܐܝܕܐ
ܝܒܝܫܬܐ. ܘܫܐܠܘܗܝ ܟܕ ܐܡܪܝܢ܆ ܕܐܢ ܫܠܝܛ ܒܫܒ̈ܐ
11 ܠܡܐܣܝܘ܆ ܐܝܟܢܐ ܕܢܐܟܠܘܢ ܩܪ̈ܨܘܗܝ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ.
ܡܢܘ ܢܗܘܐ ܡܢܟܘܢ ܒܪܢܫܐ ܗܘ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܥܪܒܐ ܚܕ܆

comederit, quem non licebat ei comedere, neque illis qui *erant*
5 cum eo, niſi ſacerdotibus ſolis? Aut non legiſtis in lege, quod
ſabbathis ſacerdotes in templo prophanant ipſum ſabbathum, et
6 ſine reprehenſione ſunt? Dico vobis autem, quod major templo
7 eſt hic. Si autem ſciretis quid ſit, Miſericordiam volo, et non
8 ſacrificium, non condemnaretis inculpatos. Dominus enim eſt
9 et ſabbathi Filius hominis. Et quum progreſſus eſſet illinc,
10 venit in ſynagogam eorum. Et, ecce, homo erat illic cui erat
manus arida. Et interrogaverunt eum, dicentes, Si licet ſab-
11 bathis ſanare? ut accuſarent eum. Ipſe autem dixit iis, Quis
erit ex vobis homo, cui ſit ovis una, et ſi ciciderit hæc in

[1] ܕܣܝܡܬܐ ܩܘܪܒܐ] In margine MSti προθέσεως. ܕܣܝܡܬܐ ܩܘܪܒܐ.
ܗܢܘ ܕܝܢ ܕܣܝܡܝܢ ܗܘܘ ܩܕܡ ܐܠܗܐ.

[2] ܘܕܠܐ ܒܥܠܬܐ] ܕܠܐ ܒܥܠܬܐ܆ ܗܢܘ ܕܝܢ ܕܠܐ ܒܥܕܠܐ܀

ܘܐܢ ܢܦܠ ܗܢܐ ܒܫܒ̈ܐ ܠܓܘܡܨܐ܆ ܠܐ ܐܚܕ ܠܗ ܘܡܩܝܡ.
ܟܡܐ ܗܟܝܠ ܡܝܬܪ ܒܪܢܫܐ ܡܢ ܐܡܪܐ. ܡܟܝܠ. ܫܠܝܛ ܗܘ 12
ܒܫܒ̈ܐ ܠܡܥܒܕ ܫܦܝܪ. ܗܝܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘ ܒܪܢܫܐ. 13
ܦܫܘܛ ܐܝܕܟ. ܘܦܫܛ ⁜ ܐܝܕܐ ܕܝܠܗ ↙܆ ܘܬܩܢܬ ܚܠܝܡܬܐ.
ܐܝܟ ܗܝ ܐܚܪܬܐ܀ ܦܪ̈ܝܫܐ ܕܝܢ ܡܠܟܐ ܢܣܒܘ ܥܠܘܗܝ ܟܕ 14
ܢܦܩܘ܆ ܕܐܝܟܢܐ ܢܘܒܕܘܢܝܗܝ. ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܟܕ ܝܕܥ 15
ܫܢܝ ܡܢ ܬܡܢ܀ *ܘܢܩܦܘܗܝ ܟܢ̈ܫܐ ܣܓܝ̈ܐܐ܆ ܘܐܣܝ ܐܢܘܢ
ܠܟܠܗܘܢ. ܘܟܐܐ ܒܗܘܢ ܕܠܐ ܓܠܝܐ ܢܥܒܕܘܢܝܗܝ. ܐܝܟܢܐ 16 17
ܕܬܬܡܠܐ ܗܝ ܕܐܬܐܡܪܬ ܒܝܕ ܐܫܥܝܐ ܗܘ ܢܒܝܐ ܕܐܡܪ܆ ܗܐ ܥܒܕܝ 18
ܕܝܠܝ ܗܘ ܕܓܒܝܬ܆ ܗܘ ܚܒܝܒܐ ܕܝܠܝ܆ ܒܗܘ ܕܐܨܛܒܝܬ
ܢܦܫܐ ܕܝܠܝ. ܐܣܝܡ ܪܘܚܐ ܕܝܠܝ ܥܠܘܗܝ܆ ܘܕܝܢܐ ܠܥܡ̈ܡܐ
ܢܟܪܙ. ܠܐ ܢܬܚܪܐ ܘܠܐ ܢܩܥܐ. ܘܠܐ ܢܫܡܥ ܐܢܫ ܒܫܘ̈ܩܐ 19

* ἠκολȣ́θησαν

ſabbathis in foveam, nonne apprehendat eam, et erigat? Quanto 12
igitur excellentior *eſt* homo quam ovis? Quapropter licitum eſt
in ſabbathis facere bonum. Tunc dicit illi homini, Extende ma- 13
num tuam. Et extendit ⁜ manum ejus ↙; et reſtituta eſt ſana, ſicut
altera. Phariſæi autem conſilium ceperunt adverſus eum, quum 14
egreſſi eſſent, quomodo perderent eum. Ipſe autem Jeſus quum cog- 15
noviſſet, ſeceſſit illinc: et ſequutæ ſunt eum turbæ multæ, et ſana-
vit eos omnes. Et prohibuit iis ne manifeſtum facerent ipſum. 16
Ut impleretur id quod dictum *erat* per Eſaiam prophetam, di- 17
centem, Ecce ſervus meus, quem elegi; dilectus meus, in quo 18
complacitum eſt animæ meæ: ponam Spiritum meum ſuper eum,
et judicium gentibus indicabit. Non contendet, neque clamabit, 19

20 ܩܠܗ. ܩܢܝܐ ܪܥܝܥܐ ܠܐ ܢܬܒܘܪ. ¹ܘܟܬܢܐ ܕܡܬܛܦܛܦ
21 ܠܐ ܢܕܥܟ ܥܕܡܐ ܕܢܦܩ ܠܙܟܘܬܐ ܕܝܢܐ ܕܝܠܗ. ܘܒܫܡܐ ܕܝܠܗ
22 ܥܡܡܐ ܢܣܒܪܘܢ܀ ܗܝܕܝܢ ܩܪܒܘ ܠܗ ܡܬܕܝܘܢܐ ܣܡܝܐ
ܘܚܪܫܐ. ܘܐܣܝܗ. ܐܝܟܢܐ ܕܣܡܝܐ ܘܡܡܠܠ ܘܚܙܐ܀
23 ܘܡܬܕܡܪܝܢ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܟܢ̈ܫܐ ܘܐܡܪܝܢ܆ ܕܠܡܐ܆ ܗܢܐ
24 ܐܝܬܘܗܝ ܒܪܗ ܕܕܘܝܕ — ܦܪ̈ܝܫܐ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥܘ ܐܡܪܘ܆
ܗܢܐ ܠܐ ܡܦܩ ܕܝܘ̈ܐ܆ ܐܠܐ ܐܢ ܒܒܥܠܙܒܘܠ ܪܫܐ ܕܕܝܘ̈ܐ܀
25 ܟܕ ܝܕܥ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܡܚܫ̈ܒܬܗܘܢ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܟܠ
ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܬܦܠܓܬ ܥܠ ܢܦܫܗ. ܚܪܒܐ. ܘܟܠ ܡܕܝܢܬܐ
26 ܐܘ ܒܝܬܐ ܕܐܬܦܠܓܬ ܥܠ ܢܦܫܗ. ܠܐ ܬܩܘܡ. ܘܐܢ ܣܛܢܐ
ܠܣܛܢܐ ܡܦܩ܆ ܥܠ ܢܦܫܗ ܐܬܦܠܓ. ܐܝܟܢܐ ܗܟܝܠ

20 neque audiet quiſquam in plateis vocem ejus. Arundinem quaſſatam non confringet, et linum fumigans non extinguet, donec
21 proferat ad victoriam judicium ſuum: Et in nomine ejus gentes
22 ſperabunt. Tunc obtulerunt ei dæmoniacum, cæcum, et mutum: et ſanavit eum, adeo ut cæcus et mutus et loqueretur et videret.
23 Et admirabantur univerſæ turbæ, et dicebant, Nonne hic eſt
24 filius Davidis? Phariſæi autem quum audiviſſent, dixerunt, Hic non ejicit dæmonia niſi per Beelzebul principem dæmoniorum.
25 Quum cognoviſſet autem Jeſus cogitationes eorum, dixit iis, Omne regnum quod dividitur adverſus ſeipſum, deſtruetur: et omnis ci-
26 vitas aut domus quæ dividitur adverſus ſeipſam, non ſtabit. Et ſi ſatanas ejicit ſatanam, adverſus ſeipſum diviſus eſt; quomodo igitur

---

[1] ܘܟܬܢܐ] In margine MSti ܟܬܢܐ ܠܦܬܝܠܬܐ ܕܦܫܬܐ ܩܪܐ.

ܬܩܘܡ ܡܠܟܘܬܗ. ܘܐܢ ܐܢܐ ܒܒܥܠܙܒܘܒ ܡܦܩ ܐܢܐ
27 ܫܐܕܐ܃ ܒܢܝܟܘܢ. ܒܡܢܐ ܡܦܩܝܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܢܘܢ
28 ܢܗܘܘܢ ܠܟܘܢ ܕܝ̈ܢܐ. ܐܢ ܕܝܢ ܒܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ܡܦܩ ܐܢܐ
29 ܫܐܕܐ܃ *ܐܪܐ ܡܛܬ ܥܠܝܟܘܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ. ܐܘ
ܐܝܟܢܐ ܡܫܟܚ ܐܢܫ ܠܡܥܠ ܠܒܝܬܗ ܕܚܝܠܬܢܐ ܘܡܐܢ̈ܘܗܝ
ܠܡܚܛܦ܃ ܐܠܐ ܐܢ ܩܕܡܐܝܬ ܢܐܣܘܪܝܘܗܝ ܠܚܝܠܬܢܐ. ܘܗܝܕܝܢ
30 ܠܒܝܬܗ ܕܝܠܗ ܢܚܛܘܦ. ܗܘ ܕܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܥܡܝ ܠܘܩܒܠܝ
31 ܐܝܬܘܗܝ. ܘܗܘ ܕܠܐ ܡܟܢܫ ܥܡܝ [1]ܡܒܕܪ܃ ܡܛܠܗܕܐ ܐܡܪ܃
ܐܢܐ ܠܟܘܢ܃ ܕܟܠ ܚܛܝܬܐ ܘܓܘܕܦܐ. ܢܫܬܒܩ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ.
32 ܓܘܕܦܐ ܕܝܢ ܕܥܠ ܪܘܚܐ ܠܐ ܢܫܬܒܩ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ. ܘܗܘ ܕܐܢ
ܢܐܡܪ ܡܠܬܐ ܥܠ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ. ܢܫܬܒܩ ܠܗ. ܗܘ ܕܝܢ
ܕܢܐܡܪ ܥܠ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ܇ ܠܐ ܢܫܬܒܩ ܠܗ: ܘܠܐ ܒܥܠܡܐ

* ἄρα

ſtabit regnum ejus? Et, ſi ego per Beelzebul ejicio dæmonia, 27
filii veſtri in quo ejiciunt *ea?* propterea ipſi erunt veſtri judices. 28 Si autem per Spiritum Dei ejicio dæmonia, utique appropinquavit ad vos regnum Dei. 29 Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum potentis, et vaſa ejus diripere, niſi prius vinxerit ipſum potentem? et tunc domum illius diripiet. 30 Qui non eſt mecum, contra me eſt: et qui non congregat mecum, † ſpargit. 31 Propterea dico vobis, quod omne peccatum et blaſphemia remittetur hominibus: blaſphemia autem quæ *eſt* contra Spiritum, non remittetur hominibus. 32 Et quiſquis dixerit verbum adverſus Filium hominis, remittetur ei: quiſquis autem dixerit adverſus Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in ſeculo hoc, ne-

---

[1] ܡܒܕܪ܃] In margine MSti ܒܙ

† Spargit] Lectio marg. (Spargit) mihi.

33 ܗܪܟܐ. ܘܠܐ ܒܗܘ ܕܥܬܝܕ. ܐܘ ܥܒܕܘ ܐܝܠܢܐ ܛܒܐ ܘܦܐܪܗ
ܛܒܐ: ܐܘ ܥܒܕܘ ܐܝܠܢܐ ܒܝܫܐ ܘܦܐܪܐ ܕܝܠܗ ܒܝܫܐ. ܡܢ
34 ܓܝܪ ܦܐܪܐ ܡܬܝܕܥ ܐܝܠܢܐ܀ ܝ̈ܠܕܐ ܕܐܟܕܢܐ: ܐܝܟܢܐ ܡܫܟܚܝܢ
ܐܢܬܘܢ ܛ̈ܒܬܐ ܠܡܡܠܠܘ: ܟܕ ܒܝܫܐ ܐܝܬܝܟܘܢ. ܡܢ
35 ܓܝܪ ܝܘܬܪܢܐ ܕܠܒܐ ܦܘܡܐ ܡܡܠܠ܀ ܒܪܢܫܐ ܛܒܐ: ܡܢ
ܣܝܡܬܐ ܛܒܬܐ ܡܦܩ ܛ̈ܒܬܐ. ܘܒܪܢܫܐ ܒܝܫܐ: ܡܢ
36 ܣܝܡܬܐ ܒܝܫܬܐ ܡܦܩ ܒ̈ܝܫܬܐ܀ ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܝܢ ܠܟܘܢ:
ܕܟܠ ܡܠܬܐ ܒܛܝܠܬܐ ܗܝ ܕܐܢ ܢܡܠܠܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ: ܢܬܠܘܢ
37 ܡܛܠܬܗ ܡܠܬܐ ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ. ܡܢ ܓܝܪ ܡ̈ܠܝܟ ܕܝܠܟ
38 ܬܙܕܕܩ. ܘܡܢ ܡ̈ܠܝܟ ܕܝܠܟ ܬܬܚܝܒ܀ ܗܝܕܝܢ ܥܢܘ ܠܗ ܐܢܫܝܢ
ܡܢ ܣܦ̈ܪܐ ܘܦܪ̈ܝܫܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ: ܡܠܦܢܐ: ܨܒܝܢ ܕܢܚܙܐ
39 ܡܢܟ * ܐܬܐ܀ ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ ܥܢܐ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܕܪܐ ܒܝܫܐ * [illegible]
ܘܓܝܪܐ: ܐܬܐ ܒܥܝܐ. ܘܐܬܐ ܠܐ ܬܬܝܗܒ ܠܗ: ܐܠܐ ܐܢ

33 que in futuro. Aut facite arborem bonam, et fructum ejus bonum; aut facite arborem malam, et fructum ejus malum: ex
34 enim fructu cognoſcitur arbor. Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, quum mali ſitis? ex enim abundantiis cordis
35 os loquitur. Homo bonus ex theſauro bono profert bona; et
36 homo malus ex theſauro malo profert mala. Dico autem vobis, quod omne verbum otioſum quod loquuti fuerint homines, red-
37 dent de eo rationem in die judicii: Ex enim verbis tuis juſ-
38 tificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis. Tunc reſponderunt ei quidam ex Scribis et Phariſæis, dicentes, Magiſter, volu-
39 mus videre ex te ſignum. Ipſe autem reſpondens dixit iis, Generatio mala et adultera ſignum quærit, et ſignum non dabitur

40 ܐܠܐ ܕܐܝܘܢܐܣ ܗܘ ܢܒܝܐ. ܐܝܟ ܡܐ ܓܝܪ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܝܘܢܢ ܒܟܪܣܗ *ܕܩܝܛܘܣ: ܬܠܬܐ ܐܝܡܡܐ ܘܬܠܬܐ ܠܠܘܬܐ:
ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܒܠܒܗ ܕܐܪܥܐ: ܬܠܬܐ ܐܝܡܡܐ
41 ܘܬܠܬܐ ܠܠܘܬܐ. ܓܒܪܐ ܢܝܢܘܝܐ ܢܩܘܡܘܢ ܒܕܝܢܐ ܥܡ
ܕܪܐ ܗܢܐ ܘܢܚܝܒܘܢܝܗܝ: ܡܛܠ ܕܬܒܘ ܒܟܪܘܙܘܬܗ ܕܝܘܢܢ:
42 ܘܗܐ ܕܝܬܝܪ ܡܢ ܝܘܢܢ ܗܪܟܐ. ܡܠܟܬܐ *ܕܬܝܡܢܐ ܬܩܘܡ
ܒܕܝܢܐ ܥܡ ܕܪܐ ܗܢܐ ܘܬܚܝܒܝܘܗܝ. ܡܛܠ ܕܐܬܬ ܡܢ
ܣܘܦܝܗ ܕܐܪܥܐ ܠܡܫܡܥ ܚܟܡܬܗ ܕܣܘܠܘܡܘܢ: ܘܗܐ
43 ܕܝܬܝܪ ܡܢ ܫܠܝܡܘܢ ܗܪܟܐ. ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܕܪܘܚܐ ܛܢܦܬܐ
ܬܦܘܩ ܡܢ ܒܪܢܫܐ: ܡܬܟܪܟܐ ܒܕܘܟܝܬܐ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܕܠܐ ܡܝܐ:
44 ܠܡܒܥܐ ܢܝܚܐ. ܘܠܐ ܡܫܟܚܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܡܪܐ: ܐܗܦܘܟ
ܠܒܝܬܐ ܕܝܠܝ ܡܢ ܐܝܟܐ ܕܢܦܩܬ. ܘܡܐ ܕܐܬܬ: [1]ܡܫܟܚܐ

* κητους

* νοτου

ei, niſi ſignum Jonæ prophetæ. Sicut enim erat Jonas in ventre 40
ceti tres dies et tres noctes, ſic erit Filius hominis in corde terræ
tres dies et tres noctes. Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum 41
generatione hac, et condemnabunt eam: quia reſipuerunt per
prædicationem Jonæ; et ecce, plus quam Jonas *eſt* hic. Regina Auſtri 42
ſurget in judicio cum generatione hac, et condemnabit eam:
quia venit a finibus terræ audire ſapientiam Solomonis; et ecce,
plus quam Solomon *eſt* hic. Quum autem ſpiritus immundus 43
egreditur ab homine, circumambulat per loca quæ *ſunt* ſine aqua
ad quærendum requiem, et non invenit. Tunc dicit, Revertar 44
domum meam, unde egreſſus ſum. Et quum venit, † invenit

---

[1] ܡܫܟܚܐ] In margine MSti ܠܕܘܟܬܐ (ܡܫܟܚܐ)

† invenit] Lectio marg. (invenit) Locum.

45 * ܕܣܦܩܐ *ܘܡܟܢܫܐ *ܘܡܨܒܬܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܙܠ ܘܕܒܪ ܥܡܗ
ܫܒܥܐ ܪ̈ܘܚܐ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ ܕܒܝ̈ܫܢ ܡܢܗ. ܘܟܕ ܥܐ̈ܠܢ
ܥܡ̈ܪܢ ܬܡܢ. ܘܗܘ̈ܝܢ ܐܚܪ̈ܝܬܗ ܕܒܪܢܫܐ ܗܘ ܝܬܝܪ ܒܝ̈ܫܢ
46 ܡܢ ܩܕ̈ܡܝܬܐ. ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܐܦ ܠܕܪܐ ܗܢܐ ܒܝܫܐ ܀ ܟܕ
ܥܕܟܝܠ ܕܝܢ ܗܘ ܡܡܠܠ ܗܘܐ ܠܟܢ̈ܫܐ. ܗܐ ܐܡܐ ܕܝܠܗ
ܘܐܚ̈ܘܗܝ ܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܠܒܪ ܡܢ ܟܕ ܒܥܝܢ ܠܡܡܠܠܘ ܥܡܗ.
47 ܐܡܪ ܕܝܢ ܐܢܫ ܠܗ. ܗܐ ܐܡܐ ܕܝܠܟ ܘܐܚ̈ܝܟ ܠܒܪ ܩܝܡܝܢ.
48 ܟܕ ܒܥܝܢ ܠܡܡܠܠܘ ܠܟ. ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ ܦܢܐ ܐܡܪ ܠܗܘ
ܕܐܡܪ ܠܗ. ܡܢ ܗܝ ܐܡܐ ܕܝܠܝ. ܘܡܢܘ ܐܢܘܢ
49 ܐܚ̈ܝ. ܘܟܕ ܦܫܛ ܐܝܕܗ ܥܠ ܬܠܡܝ̈ܕܐ ܕܝܠܗ ܐܡܪ. ܗܐ ܐܡܐ
50 ܕܝܠܝ. ܘܐܚ̈ܝ. ܗܘ ܐܝܢܐ ܓܝܪ ܕܢܥܒܕ ܨܒܝܢܗ ܕܐܒܐ ܕܝܠܝ
ܗܘ ܕܒܫܡ̈ܝܐ. [1]ܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܐܚܐ ܕܝܠܝ. ܘܚܬܐ.

* χολαζοντα
* σεσαρωμενον
* και κοσμημενον

45 *eam* vacantem, et verſam, et ornatam. Tunc abit, et accipit ſecum ſeptem ſpiritus alios qui deteriores *ſunt* ſe, et ingreſſi habitant illic: et fiunt noviſſima hominis illius pejora
46 prioribus: ſic erit etiam generationi huic malæ. Quum adhuc autem ipſe loqueretur turbis, ecce, mater ejus et fratres ejus
47 ſtabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem quidam ei, Ecce mater tua, et fratres tui foris ſtant, quærentes loqui tibi.
48 Ipſe autem reſpondens dixit illi qui dixerat ſibi, Quæ eſt mater
49 mea, et qui ſunt fratres mei? Et quum extendiſſet manum ſuam
50 in diſcipulos ſuos, dixit, Ecce mater mea et fratres mei. Quiſquis enim fecerit voluntatem Patris mei qui *eſt* in Cœlis, † ipſe eſt frater

---

[1] ܗܘ] In margine MSti ܗܢܐ

† ipſe] Lectio marg. Hic.

Cap. XIII. 1 ܘܐܡܐ ܀ ܒܝܘܡܐ ܕܝܢ ܗܘ܆ ܟܕ ܢܦܩ ܝܫܘܥ ܡܢ ܒܝܬܐ܆
2 ܝܬܒ ܗܘܐ ܥܠ ܝܕ ܝܡܐ. ܘܐܬܟܢܫܘ ܠܘܬܗ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ܆
ܐܝܟ ܕܢܣܩ ܢܬܒ ܒܗ ܒܐܠܦܐ܆ ܘܟܠܗ ܟܢܫܐ ܥܠ
3 ܣܦܪ ܝܡܐ ܩܐܡ ܗܘܐ. ܘܡܡܠܠ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܣܓܝܐܬܐ
4 ܒܡܬܠܐ. ܟܕ ܐܡܪ܆ ܀ ܗܐ ܢܦܩ ܗܘ ܙܪܘܥܐ ܠܡܙܪܥ. ܘܟܕ ܗܘ
ܙܪܥ܆ ܗܠܝܢ ܡܢ ܢܦܠܘ ܥܠ ܐܘܪܚܐ. ܘܐܬܝ ܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ
5 ܘܐܟܠܘ ܐܢܝܢ. ܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܢܦܠܘ ܥܠ ܫܘܥܐ܆ ܐܝܟܐ ܕܠܝܬ
ܗܘܐ *ܐܪܥܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܡܚܕܐ ܢܒܥܘ܆ ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܗܘܐ * γῆν
6 ܠܗ ܥܘܡܩܐ ܕܐܪܥܐ. ܟܕ ܕܝܢ ܕܢܚ ܫܡܫܐ ܐܬܚܡܡܘ.
7 ܘܡܛܠ ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܥܩܪܐ ܝܒܫܘ. ܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܢܦܠܘ
8 ܥܠ ܟܘܒܐ܆ ܘܣܠܩܘ ܟܘܒܐ. ܘܚܢܩܘ ܐܢܘܢ. ܐܚܪܢܐ ܕܝܢ
ܢܦܠܘ ܥܠ ܐܪܥܐ ܛܒܬܐ܆ ܘܝܗܒܘ ܦܐܪܐ. ܗܘ ܡܢ ܡܐܐ.

Cap. XIII. meus, et ſoror, et mater. In die autem illo, quum egreſſus eſſet Je- 1
ſus domo, ſedebat juxta mare. Et congregatæ ſunt ad eum turbæ 2
multæ, adeo ut conſcenderet *et* ſederet in navi: et tota turba ſu-
pra littus maris ſtabat. Et loquebatur iis multa in parabolis, 3
dicens, Ecce, exiit ſator ad ſeminandum. Et quum ipſe ſemi- 4
naret, hæc quidem ceciderunt juxta viam, et venerunt volu-
cres cœli et devoraverunt ea: Alia autem ceciderunt ſuper pe- 5
tram, ubi non erat terra multa: et ſtatim exorta ſunt, propterea 6
quod non eſſet ei profunditas terræ: Quum autem ortus eſſet
ſol, exuſta ſunt; et quia non erat iis radix, exaruerunt. Alia 7
autem ceciderunt in ſpinas: et aſcenderunt ſpinæ, et ſuffo-
caverunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam, et de- 8
derunt fructus: aliud quidem centum, aliud autem ſexaginta,

9 ܗܘ ܕܝܢ ܫܬܝܢ܂ ܗܘ ܕܝܢ ܠܬܠܬܝܢ. ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܕܢܐ
10 ܠܡܫܡܥ ܢܫܡܥ܀ ܘܟܕ ܩܪܒܘ ܬܠܡܝܕܐ ※ ܕܝܠܗ ✓ ܐܡܪܘ
11 ܠܗ. ܡܛܠ ܡܢܐ ܒܡ̈ܬܠܐ ܡܡܠܠ ܐܢܬ ܠܗܘܢ܀ ܗܘ ܕܝܢ
ܟܕ ܦܢܐ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܠܟܘܢ ܝܗܝܒ ܠܡܕܥ
12 ܐ̈ܪܙܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡ̈ܝܐ. ܠܗܢܘܢ ܕܝܢ ܠܐ ܝܗܝܒ܀ ܗܘ ܟܠ
ܓܝܪ ܕܐܝܬ ܠܗ܂ ܢܬܝܗܒ ܠܗ܂ ܘܢܬܝܬܪ. ܗܘ ܟܠ ܕܝܢ
13 ܕܠܝܬ ܠܗ܂ ܐܦ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܢܫܬܩܠ ܡܢܗ܀ ܡܛܠ
ܗܢܐ ܒܡ̈ܬܠܐ ܠܗܘܢ ܡܡܠܠ ܐܢܐ܂ ܡܛܠ ܕܟܕ ܚܙܝܢ. ܠܐ
ܚܙܝܢ. ܘܟܕ ܫܡܥܝܢ ܠܐ ܫܡܥܝܢ. ܘܠܐ ܡܣܬܟܠܝܢ.
14 ܘܡܬܡܠܝܐ ܠܗܘܢ ܢܒܝܘܬܗ ܕܐܫܥܝܐ ܗܝ ܕܐܡܪܐ܂ ܫܡܥܐ
ܬܫܡܥܘܢ ܘܠܐ ܬܣܬܟܠܘܢ܂ ܘܟܕ ܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ ܬܚܙܘܢ ܘܠܐ
15 ܬܚܙܘܢ܂ ܐܬܥܒܝ ܓܝܪ ܠܒܗ ܕܥܡܐ ܗܢܐ܂ ܘܒܐܕܢܐ ܝܩܝܪܐܝܬ
ܫܡܥܘ܂ ܘܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܥܡܨܘ܂ ܕܠܡܐ ܢܚܙܘܢ ܒܥܝ̈ܢܐ

9 aliud autem triginta. Qui habet aures ad audiendum, audiat.
10 Et quum acceſſiſſent diſcipuli ※ ejus ✓, dixerunt ei, Quare in para-
11 bolis loqueris iis? Ipſe autem reſpondens dixit iis, Quia vobis
datum eſt noſſe myſteria regni cœlorum, illis autem non eſt da-
12 tum. Quiſquis enim habet, dabitur ei, et abundabit; quiſquis
13 autem non habet, etiam id quod habet, auferetur ab eo. Propte-
rea in parabolis illis loquor, quia videntes non vident, et audientes
14 non audiunt, neque intelligunt. Et completur iis vaticinium
Eſaiæ, quod dixit, Auditu audietis, et non intelligetis; et viden-
15 tes videbitis, et non cernetis. Incraſſatum eſt enim cor populi
hujus, et auribus graviter audierunt, et oculos ſuos clauſe-
runt; ne videant oculis ſuis, et auribus audiant, et corde intelli-

ܘܒܐܕܢܝܗܘܢ ܢܫܡܥܘܢ. ܘܒܠܒܗܘܢ ܢܣܬܟܠܘܢ ܘܢܬܦܢܘܢ ܘܐܐܣܐ
16 ܐܢܘܢ ܀ ܕܝܠܟܘܢ ܕܝܢ ܛܘܒܝܗܝܢ ܐܢܝܢ ܥܝܢܐ ܡܛܠ ܕܚܙܝܢ.
17 ܘܐܕܢܝܟܘܢ ܡܛܠ ܕܫܡܥܢ. ܐܡܝܢ ܓܝܪ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ.
ܕܣܓܝܐܐ ܢܒܝܐ ܘܙܕܝܩܐ ܐܬܪܓܪܓܘ ܠܡܚܙܐ ܗܠܝܢ ܕܚܙܝܢ
ܐܢܬܘܢ. ܘܠܐ ܚܙܘ. ܘܠܡܫܡܥ ܗܠܝܢ ܕܫܡܥܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܘܠܐ
18 19 ܫܡܥܘ ܀ ܐܢܬܘܢ ܗܟܝܠ ܫܡܥܘ ܡܬܠܐ ܗܘ ܕܙܪܥ. ܟܠ
ܕܫܡܥ ܡܠܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܘܠܐ ܡܣܬܟܠ. ܐܬܐ ܒܝܫܐ
ܘܚܛܦ ܗܘ ܡܕܡ ܕܐܙܕܪܥ ܒܠܒܗ. ܗܢܘ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܕܠܘܬ
20 ܐܘܪܚܐ ܐܙܕܪܥ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܥܠ ܫܘܥܐ ܐܙܕܪܥ. ܗܢܘ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ
ܕܠܡܠܬܝ ܫܡܥ. ܘܡܚܕܐ ܒܚܕܘܬܐ ܡܩܒܠ ܠܗ.
21 ܠܝܬ ܠܗ ܕܝܢ ܥܩܪܐ ܒܗ. ܐܠܐ ܕܙܒܢܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܡܐ
ܕܗܘܬ ܕܝܢ ܐܘܠܨܢܐ ܐܘ ܪܕܘܦܝܐ ܡܛܠ ܡܠܬܐ ܒܥܓܠ
22 ܡܬܟܫܠ ܀ ܗܘ ܕܝܢ ܕܒܝܬ ܟܘܒܐ ܐܙܕܪܥ. ܗܢܘ ܐܝܬܘܗܝ. ܗܘ

gant, et convertantur, et ſanem eos. Veſtri autem beati ſunt 16
oculi, quia vident; et aures veſtræ, quia audiunt. Amen enim 17
dico vobis, quod multi prophetæ et juſti concupiverunt videre ea quæ videtis, et non viderunt; et audire ea quæ auditis, et non audiverunt. Vos igitur audite parabolam ſeminantis. 18
Omnis qui audit ſermonem regni, et non intelligit, venit Malus 19
et rapit id quod ſeminatum eſt in corde ejus: hic eſt qui juxta viam ſeminatus erat. Qui autem ſupra petram ſeminatus eſt, hic eſt 20
qui ſermonem meum audit, et ſtatim cum gaudio excipit illum:
Non habet autem radicem in ſeſe, ſed temporarius eſt: quum 21
facta eſt autem afflictio aut perſecutio propter ſermonem, continuo offenditur. Qui autem in ſpinas ſeminatus eſt, hic eſt qui 22

ܕܟܕ ܫܡܥ ܠܡܠܬܐ܆ ܘܨܦܝܢܘܬܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܘܡܛܥܝܢܘܬܐ
ܕܥܘܬܪܐ܆ ܚܢܩܐ ܠܡܠܬܐ܆ ܘܕܠܐ ܦܐܖ̈ܐ ܗܘܐ܆ ܗܘ ܕܝܢ ܕܥܠ 23
ܐܪܥܐ ܗܝ ܛܒܬܐ ܐܙܕܪܥ܆ ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ܆ ܗܘ ܕܠܡܠܬܐ
ܫܡܥ ܘܡܣܬܟܠ. ܗܘ ܗܟܝܠ ܕܡܝܬܐ ܦܐܖ̈ܐ ܘܥܒܕ. ܗܘ
ܡܢ ܡܐܐ܆ ܗܘ ܕܝܢ ܫܬܝܢ܆ ܗܘ ܕܝܢ ܬܠܬܝܢ܀ ܐܚܪܬܐ ܦܠܐܬܐ 24
ܣܡ ܠܘܩܒܠܗܘܢ܆ ܟܕ ܐܡܪ. ܐܬܕܡܝܬ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ܆
ܠܓܒܪܐ ܕܙܪܥ ܙܪܥܐ ܛܒܐ ܒܚܩܠܗ. ܟܕ ܕܝܢ ܕܡܟܝܢ ܐ̈ܢܫܐ܆ 25
ܐܬܐ ܒܥܠܕܒܒܐ ܕܝܠܗ܆ ܘܙܪܥ ܙ̈ܝܙܢܐ ܒܡܨܥܬܗ ܕܚܛ̈ܐ ܘܐܙܠ.
ܟܕ ܕܝܢ ¹ܕܒܐ ܥܣܒܐ ܘܦܐܖ̈ܐ ܥܒܕ܆ ܗܝܕܝܢ ܐܬܚܙܝܘ ܐܦ 26
ܙ̈ܝܙܢܐ. ܟܕ ܩܪܒܘ ܕܝܢ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܕܡܪܐ ܒܝܬܐ ܐܡܪܘ 27
ܠܗ. ܡܪܢ܆ ܠܘ ܙܪܥܐ ܛܒܐ ܙܪܥܬ ܒܚܩܠܐ ܕܝܠܟ܆ ܡܢ
ܐܝܟܐ ܗܟܝܠ ܐܝܬ ²ܒܗ ܙ̈ܝܙܢܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ. 28

quum audit ſermonem, et cura ſeculi hujus, et deceptio divitiarum
23 ſuffocat ſermonem, et ſine fructibus eſt. Qui autem in terram bonam
ſeminatus eſt, hic eſt qui ſermonem audit et intelligit; qui igitur
edit fructus, et facit; alius centum, alius autem ſexaginta, alius
24 autem triginta. Aliam parabolam propoſuit illis, dicens, Simile
eſt regnum cœlorum homini qui ſeminavit ſemen bonum in agro
25 ſuo. Quum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et ſe-
26 minavit zizania in medio tritici, et abiit. Quum autem † germi-
naſſet herba, et fructum feciſſet, tunc apparuerunt etiam zizania.
27 Quum acceſſiſſent autem ſervi domini domus, dixerunt ei, Do-
mine noſter, nonne ſemen bonum ſeminaſti in agro tuo? unde
28 igitur ſunt in eo ‡ zizania? Ipſe autem dixit iis, Homo inimi-

1 ܕܒܐ ܥܣܒܐ] In margine MSti ܕܒܐ ܚܛܬܐ

2 ܒܗ] (ܒܗ) ܗܠܝܢ

† germinaſſet herba] Marg. Germinaſſet triticum.

‡ zizania] Hæc (zizania.)

ܒܪܢܫܐ ܒܥܠܕܒܒܐ ܗܕܐ ܥܒܕ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܥܒ̈ܕܐ ܐܡܪܘ
29 ܠܗ. ܨܒܐ ܐܢܬ ܗܟܝܠ ܕܢܐܙܠ ܢܓܒܐ ܐܢܘܢ: ܗܘ ܕܝܢ
ܐܡܪ ܠܐ. ܕܠܡܐ ܟܕ ܡܓܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܙܝ̈ܙܢܐ: ܬܥܩܪܘܢ
30 ܥܡܗܘܢ ※ ܐܦ ✓ ܠܚܛ̈ܐ. ܫܒܘܩܘ ÷ ܗܟܝܠ ✓ ܕܪ̈ܒܝܢ ܐܟܚܕܐ
ܬܪ̈ܝܗܘܢ ܥܕܡܐ ܠܚܨܕܐ. ܘܒܙܒܢܐ ܕܚܨܕܐ. ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܚܨܘ̈ܕܐ
ܕܝܠܝ: ܓܒܘ ܩܕܡܝܬ ܙܝ̈ܙܢܐ: ܘܐܣܘܪܘ ܐܢܝܢ ܒܡܐܣܪ̈ܐ:
ܐܝܟ ܕܠܡܘܩܕܘ ܐܢܝܢ. ܠܚܛ̈ܐ ܕܝܢ ܟܢܫܘ ܠܐܘܨܪ̈ܐ ܕܝܠܝ.
31 ܐܚܪܬܐ * ܦܠܐܬܐ ܣܡ ܩܕܡܝܗܘܢ ܟܕ ܐܡܪ: ܕܕܡܝܐ ܐܝܬܝܗ * παραβολὴν
ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡ̈ܝܐ: ܠܦܪܕܬܐ ܕܚܪܕܠܐ. ܗܝ ܕܟܕ ܢܣܒ ܒܪܢܫܐ
32 ܙܪܥ ܒܚܩܠܗ. ܗܝ ܕܟܝܢ ܙܥܘܪܬܐ ܡܢ ܐܝܬܝܗ ܡܢ ܟܠܗܘܢ
ܙܪ̈ܥܐ. ܟܕ ܕܝܢ ܬܪܒܐ: ܕܟܝܢ ܪܒܐ ܐܝܬܝܗ ܡܢ ܟܠܗܘܢ
ܝܪ̈ܩܐ. ܘܗܘܐ ܐܝܠܢܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܐܬ̈ܝܢ ܦܪ̈ܚܬܐ ܕܫܡ̈ܝܐ ܘܢܫܪ̈ܝܢ
33 ܒܣܘ̈ܟܘܗܝ܀ ܐܚܪܬܐ ܦܠܐܬܐ ܡܠܠ ܠܗܘܢ ※ ܝܫܘܥ ✓. ܕܕܡܝܐ

cus hoc fecit. Servi autem dixerunt ei, Vis igitur ut eamus *et*
ſeligamus ea? Ipſe autem dixit, Non: ne ſeligentes zizania, 29
eradicetis cum iis ※ etiam ✓ triticum. Sinite ÷ igitur ✓ creſcere 30
ſimul ambo uſque ad meſſem: et in tempore meſſis dicam meſſoribus meis, Seligite primum zizania, et ligate ea in faſciculos,
ad comburendum ea; triticum autem colligite in horrea mea.
Aliam parabolam propoſuit iis, dicens, Simile eſt regnum cœ- 31
lorum grano ſinapis, quod quum accepiſſet homo ſeminavit in agro
ſuo: Quod minimum quidem eſt omnium ſeminum, quum autem 32
creverit, maximum eſt omnium olerum, et fit arbor: adeo ut
veniant volucres cœlorum et habitent in ramis ejus. Aliam pa- 33
rabolam loquutus eſt iis ※ Jeſus ✓. Simile eſt regnum cœlorum

[illegible]
[illegible] * σάτα
34 [illegible]
35 [illegible]
[illegible]
36 [illegible]
[illegible]
[illegible]
37 [illegible]
38 [illegible] * ἀγρῷ
[illegible]
39 [illegible]

fermento, quod quum accepiſſet mulier, recondidit in tribus ſatis
34 farinæ, donec totum fermentaretur. Hæc omnia loquutus eſt
Jeſus in parabolis turbis, et ſine parabola, nihil loquebatur
35 iis: Ut compleretur id quod dictum fuit per prophetam, dicen-
tem, Aperiam in parabolis os meum; eructabo occultata, quæ
36 *fuerunt* a fundatione mundi. Tunc quum dimiſiſſet turbas, ve-
nit domum Jeſus: et acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, dicentes,
37 Explica nobis parabolam illam zizaniorum agri. Ipſe autem
reſpondens dixit iis, Is qui ſeminavit ſemen bonum eſt Filius
38 hominis. Ager autem eſt mundus; ſemen autem bonum, hi ſunt
39 filii regni; zizania autem ſunt filii Mali; Inimicus autem qui

---

1 [illegible]] In margine MSti [illegible]
2 [illegible]] [illegible]

ܐܝܬܘܗܝ ܐܟܠܩܪܨܐ. ܚܨܕܐ ܕܝܢ ܫܘܠܡܗ ܕܥܠܡܐ ܐܝܬܘܗܝ.
40 ܚܨܘ̈ܕܐ ܕܝܢ ܡܠܐ̈ܟܐ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܐܝܟܢܐ ܗܟܝܠ ܕܡܬܠܩܛܝܢ
ܙܝܙܢܐ ܘܒܢܘܪܐ ܡܬܝܩܕܝܢ܆ ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܒܫܘܠܡܗ ܕܥܠܡܐ
41 ܗܢܐ. ܢܫܕܪ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܠܡܠܐ̈ܟܘܗܝ܆ ܘܢܠܩܛܘܢ ܡܢ
ܡܠܟܘܬܐ ܕܝܠܗ ܠܟܠܗܘܢ ܫܟ̈ܠܐ ܘܠܟܠܗܘܢ ܥܒ̈ܕܝ ܠܐ
42 ܢܡܘܣܘܬܐ܆ ܘܢܪܡܘܢ ܐܢܘܢ ܒܐܬܘܢܐ ܕܢܘܪܐ. ܬܡܢ ܢܗܘܐ
43 ܒܟܝܐ ܘܚܘܪܩܐ ܕܫܢ̈ܐ. ܗܝܕܝܢ ܗܢܘܢ ܙܕܝ̈ܩܐ ܢܢܗܪܘܢ ܐܝܟ
ܫܡܫܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܐܒܘܗܘܢ. ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܕܢ̈ܐ ܠܡܫܡܥ
44 ܢܫܡܥ ܀ ܬܘܒ ܕܡܝܐ ܐܝܬܝܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡ̈ܝܐ܆ ܠܣܝܡܬܐ
ܕܡܛܫܝܐ ܒܚܩܠܐ. ܗܝ ܕܟܕ ܐܫܟܚܗ ܒܪܢܫܐ ܛܫܝܗ.
ܘܡܢ ܚܕܘܬܐ ܕܝܠܗ܆ ܐܙܠ ܘܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗ
45 ܡܙܒܢ܆ ܘܙܒܢ ܠܗ ܠܚܩܠܐ ܗܘ. ܬܘܒ ܕܡܝܐ ܐܝܬܝܗ
ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡ̈ܝܐ܆ ܠܒܪܢܫܐ ܬܓܪܐ ܕܒܥܐ ܗܘܐ ܡܪ̈ܓܢܝܬܐ
46 ܫܦܝ̈ܪܬܐ. ܗܘ ܕܟܕ ܐܫܟܚ ܡܪܓܢܝܬܐ ܚܕܐ *ܣܓܝܐܬ ܛܝܡܐ܆ ܐܙܠ

* πολυτιμον

